MAGNVM ROSARIVM SACERDOTVM, ET CLERICORVM,

Vtile his, qui ſe debent exponere coram Reuerendiſsimis Ordinarijs, pro Confeſsionibus, concionibus, & ordinibus ſuſcipiendis;

Ex diuerſis tam modernorum, quàm antiquorum Doctorum viridarijs collectum.

PER FRATREM ANGELVM HELLENSEM à Mediolano Ordinis Minorum Regularis obſeruantiæ.

Eiuſdem item Commentarius Proſæ, vt aiunt, ſiue Sequentiæ Defunctorum, ſcilicet, Dies iræ, dies illa, &c.



MEDIOLANI,

Apud Ioan. Bapt. Bidellium. M. DC. XIV.

Superiorum Permiſſu, & Priuilegio.

Fr. Aloyſius Bariola Auguſtinianus Conſultor S. Officij, pro Reuerendiſsimo Inquiſitore.

Gul. Vidonus Theol. S. Nazarij, pro Illuſtriſs. D. Card. Archiep.

Vidit Saccus, pro Excellentiſs. Senatu.

Digitized by Google

DO

ADMODVM REV. PATRI

FRATRI MICHAELI ANGELO SEGHITIO,

A Laude Pompeia Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Magiſtro, & in Ciuitate, ſtatuq; Mediolanenſi Inquiſitore Generali.

IO. BAPTISTA BIDELLIVS P. F. P.

ROſarium iſtud, olim paruum, nunc magnum iterũ renaſci, nemo eſt, opinor, ſanæ mentis, qui cauillari, aut acrius vituperare poſſit; cum & beſtijs quibuſdam informẽ partum ſubinde lambendo, & melius abſoluere, & pulchrius effingere, Natura ipſa (quæ tamen nil molitur ineptum, aut fruſtraneum) permittat. Præterea li-

brum iſtum denuò tum emaculari, tum locupletari, vix damnabit vllus, qui ſaltē ſerpentes, animalium prudentiſsimos, ſubinde vere, vetere depoſita nouam induere, ſplendidioremq; conſpexerit pellem. Eum igitur cum eruditis admodum probari videret Auctor, nouamq; editionē omnes flagitare, illis morem gerere conſtituens, iterum atque iterum bona fide recognitum, veluti regenerauit, mihique palam exponendum tradidit, id quod omni adhibita diligentia proſequi ſum conatus. Verum contra vitiligatores nomen tuū, ceu Aiacis clypeum, oppoſui, obnixè deprecans, vt operam hanc meam, quam tamē haud penitus inanem hic me nouaſſe exiſtimo, quemadmodum ſolitus es, humaniſsime propugnes, meq; Tibi deditiſsimū protegas. Vale. Mediolani die primo Auguſti 1614.

A R

Magnum Roſarium Sacerdotum, & Clericorum collectum pro Confeſſoribus, & Prædicatoribus, & minoribus Clericis, ſic vocitatum; tum quia diffinitiones caſuum, & Regulæ, quæ in illo, tamquam tot roſæ à multorum Doctorum viridario ſunt decerptæ; tum etiam quia liber ipſe, vt odoriferæ roſæ ſuauem ſanè doctrinæ emittit odorem; Dudum Roſarium ſimpliciter nuncupaui, non per lungas rubricas, aut libros diſtinctum: Ideo Magni Roſarij nomen nunc ſortitum eſt, non quod in nouum euaſerit opuſculum, ſed quia quamplurium, quæ primæ deerant æditioni, regularum, & diffinitionum, vti fertum quoddã, obtinuit coaceruationem. Sicut enim frequentius auctæ probitati nominis ſuccedit mutatio, quod in vtramque militiam ſectantibus obſeruari comperimus; Sic tu libelle meus, cui vt comptior, vberior quæ eſſes, ſenectæ meæ innumeros adhibui labores, nouum nomen habe, ex quo à Deo gloriam, à bonis gratiam, ab æmulis ſolita præmia præſtolabor.

Incipit Tabula omnium Capitum huius operis.

DE Sacramento Pœnitentiæ. Caput Primum, fol. 1
De Contritione.cap.II. 4
De Attritione.cap.III. 8
De Confeſſione.cap.IV. 11
De Satisfactione.cap.V. 18
De Partibus ſatisfactionis.in cap. V.num.20. 21
De Horis Canonicis.in cap.V.num.28. 22
De Indulgentijs.cap.VI. 25
De Abſolutione.cap.VII. 27
De Caſibus reſeruatis.in cap.VII.num.14. 31
De Clauibus Eccleſiæ.cap.VIII. 33
De Excommunicatione.cap.IX. 35
De alijs Cenſuris Eccleſiæ.in cap.IX.nu.37. 43
De Vſura, Cenſibus, & Cambijs.cap.X. 45
De alijs Contractibus.in cap.X.num.41. 55
De Furto.in cap.XI. 68
De Simonia.in cap.XI.num.20. 72
De Decimis. in cap.XI.num.36. 75
De Reſtitutione.in cap.XI.num.39. 76
De Peccatis in communi.cap.XII. 84
De Peccatis in Speciali.in cap.XII.num.40. 93
De ornatu Mulierum. in cap.XII.num.69. 100
De moroſa Delectatione.in cap.XII.num.70. 101
De Peccato in Spiritum Sanctum.in c.XII.n.87. 106
De Circumſtantijs Peccatorum.cap.XIII. 110
De Voto.cap.XIV. 113
De Scandalo.in cap.XIV.num.22. 119
De Iuramento.in cap. XIV.num.27. 120

De

De Sacramentis Eccleſiæ. cap. XV. 123
De Sacramento Baptiſmi. in cap. XV. num. 23. 128
De Confirmatione. in cap. XV. num. 37. 131
De Euchariſtia. in cap. XV. num. 48. 133
De Sacrificio Miſſæ. in cap. XV. num. 68. 137
De expoſitione vocabulorum Miſſæ. in cap. XV. num. 63. 143.
De ſuffragijs. in cap. XV. num. 102. 145
De extrema vnctione. in cap. XV. num. 106. 146
De Interrogationibus faciendis morientibus. in c. XV. num. 119. 148
De Sacramento Ordinis. in cap. XV. num. 119. 149
De Prima Tonſura. in cap. XV. num. 125. 150
De Oſtiarijs. in cap. XV. num. 141. 154
De Lectoribus. in cap. XV. num. 144. 154
De Exorciſtis. in cap. XV. num. 145. 155
De Acolithis. in cap. XV. num. 146. 155
De Subdiaconis. in cap. XV. num. 147. 155
De Diaconis. in cap. XV. num. 148. 156
De Præsbyteris. in cap. XV. num. 150. 156
De Epiſcopis. in cap. XV. num. 162. 158
De Prædicatione. in cap. XV. num. 166. 159
De Sponſalibus, & Sacramento Matrimonij. cap. XVI. 162
De rebus Sacramentalibus. in cap. XVI. 177
De lege Diuina, cap. XVII. 178
De lege Canonica. in cap. XVII. num. 22. 182
De Regulis iuris Canonici. in cap. XVII. nu. 28. 184
De Iure Ciuili. in cap. XVII. num. 29. 188
De Fide. in cap. XVIII. 190
De Spe. in cap. XVIII. num. 17. 193
De

De *Charitate.in cap.*XVIII.*nu.*19. 194
De *Corruptione fraterna.in cap.*XVIII.*num.*29. 196
De *Gratia.in cap.*XVIII.*num.*30. 196
De *Merito.in cap.*XVIII.*num.*37. 198
De *libero Arbitrio.in cap.*XVIII.*num.*44. 200
De *Conſcientia.in cap.*XVIII.*num.*50. 202
De *virtutibus Cardinalibus.in ca.*XVIII.*nu.*55. 203
De *Statutis Mediolani.cap.*XIX. 208
De *Teſtamentis.in cap.*XIX.*num.*33. 213
De *Hæreditate.in cap.*XIX.*num.*43. 215
*Quomodo ſe debet habere Confeſſarius,&c.cap.*XX. *fac.* 217
De *forma Abſolutionis Peccatorũ.in c.*XX.*n.*8. 221
De *forma Abſolutionis ab Excommunicatione.in c.* XX.*num.*20. 223
Expoſitio ſequentiæ Mortuorum. 225

FINIS.

MAGNVM ROSARIVM SACERDOTVM ET CLERICORVM,

R. P. F. Angelo Hellenſe Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ Authore.

De Sacramento Pænitentiæ.

Caput I.

ACturi in præſenti Opere de multis, quæ ſanè pertinēt ad munus Sacerdotale, & de ijs præſertim, quæ attingunt illos, qui ſe coram Dominis Ordinarijs, ac eorū examinatoribus ad Confeſſiones audiendas, atq; Ordines ſuſcipiendos exponere debent, operæ pretium exiſtimauimus, à Pœnitentiæ Sacramento initium ſumere.

1 Quare ſciendum eſt, quod pœnitere generaliter dicitur, qui nollet feciſſe aliquid iam à ſe factum: vt verè dicit Scot. in 4. diſ. 14. Pœnitere idem eſt quòd pœnam tenere, ideſt, peccatum punire, peccaſſe nolle, punitionem acceptare, & pœnam inflictam patienter ferre. In his omnibus ſaluatur vocabulum pœnitere, ſiuè pœnitentiam agere.

2 Eſt notandum præterea, quod pœnitentia accipitur quatuor modis, ſecundum Richar. in 4. diſ. 14. Primo modo, pro remedio contra peccatum mortale actuale per Sacerdotes miniſtrandô: Et ſic eſt Sacramentum. Secundò modo pro habitu habilitante hominem ad pœnitendum, ſub debitis circumſtantijs: & ſic

eſt virtus. Tertiò modo pro actu pœnitendi: & ſic non eſt virtus, ſed actus virtutis. Quartò modo pro dolore ſenſibili propter peccatum commiſſum: & ſic non eſt virtus, ſed paſſio.

3 Nota etiā quod pœnitentia ſecundò modo accepta eſt virtus ſpecialis, quæ reducitur ad Iuſtitiam, ſecundum quod dicitur de pœnitentia diſ.prima.c.1.Pœnitentia eſt quædam dolentis vindicta, puniens in ſe, quod ſe dolet commiſiſſe.

4 Pœnitentia igitur ſtat duobus modis, quantum pertinet ad noſtrum propoſitum, nempe in pœnitentia interiori, & exteriori; videlicet in ea, quæ dicitur virtus, & in ea, quæ dicitur Sacramentum.

5 Pœnitentia virtus ſic deſcribitur: eſt mala præterita plangere, & plangenda iterum non committere. D. Ambroſ. de pœnitentia diſ.3. Can. Pœnitentia.

6 Et ſecundum magiſtrum Sen.4.diſt. 14. Pœnitentia eſt virtus, qua cum emendationis propoſito præterita mala plangimus. & odimus, & plangenda iterum committere nolumus, & hæc deſcriptio dicitur ab Aſtenſi completiſſima; quia tangit, eius genus, & actum, atque obiectū. Dicitur autem virtus pœnitentia, propter ſimilem effectum Iuſtificationis. Plangere verò ſumitur ibi communiter pro planctu, ſiue exteriori, ſiue interiori. Intelligendum etiam, quod dicit, plangimus, non quod pœnitens ſemper in actu plangendi ſit, ſed quia ſemper habilis eſt ad plangendum.

7 Nota etiam, ſecundum eundem Aſtenſem, quod plangere, ſiue lugere, pro peccatis ſuis, eſt pœnitentiæ; pro malis alienis, eſt miſericordiæ; pro bonis æternis, eſt beatitudinis luctus.

8 Pœnitentia Sacramentum eſt abſolutio, verbis Sacerdotis enunciata, quæ remiſſionem illam peccatorum ſignificat, quàm in anima efficit. Catech.

Item pœnitentia eſt vnū de Sacramentis Eccleſiæ, quo benè diſpoſitis ſemper remittũtur peccata. extr. de ſum. Trinit. Can. Firmiter.

9 Item ſecundum Bonauent. Eſt abſolutio hominis peccatoris

catoris pœnitentis, à Sacerdote Claue non errante, pœnam æternam in temporalem diuina auctoritate commutante.

10 Item ſecundum Scotum in 4. diſ. 14. Eſt abſolutio hominis pœnitentis, facta certis verbis, cum debita intentione prolatis, à Sacerdote Iuriſdictionem habente in eum, ex inſtitutione Diuina, efficaciter ſignificans abſolutionem animæ à peccatis.

11 Nota quod quamuis Sacramentum pœnitentiæ conſtet ex materia, & forma; tamen eius præcipua vis ſita eſt in forma poſita in illis verbis miniſtri, Ego te abſoluo &c. Concil. Triden. ſeſſ. 14.

12 Item ſecundum Sotum in 4. diſ. 14. in textu; Eſt Sacramentum remiſſionis peccatorum, quæ poſt Baptiſmum committuntur.

13 Item ſecundum Nauarrum, eſt Sacramentum abſolutionis, quo Sacerdos, ſibi ſubditum, & cófitentem legitimè ſua peccata, cum iuſto dolore, & propoſito ſatisfaciendi, abſoluit ab eis.

14 Item ſecundum Armillam, Pœnitentia eſt Sacramentum continens Contritionem, Confeſſionem, & Satisfactionem.

15 Partes eſſentiales Sacramenti pœnitentiæ ſunt materia, & forma.

16 Partes integrales eiuſdem ſunt Contritio, Confeſſio, & Satisfactio.

17 Materia proxima eiuſdem ſunt actus Pœnitẽtis, nempe Contritio, Confeſſio, & Satisfactio.

18 Materia remota eiuſdem ſunt peccata, de quibus peccator dolet. S. Thom. in 4.

19 Miniſter eiuſdem Sacramenti eſt proprius Sacerdos.

20 Effectus eiuſdem Sacramenti eſt deletio omnis culpæ, & pœnæ actualis ſcilicet, mortalis, & venialis. Petrus Paludanus in 4.

21 Nota quod peccata mortalia ſunt materia neceſſaria Sacramenti pœnitentiæ: at venialia ſunt materia eiuſdem ſufficiens tantum.

22 Pœnitentia à S. Hieronymo vocatur ſecunda tabula

poſt naufragium,& Baptiſmus prima;quia primò occurrit Baptiſmi remedium, cuius Sanctitas ſi fuerit perdita per peccatum, non reſtat remedium niſi pœnitentiæ ad euadendum peccati naufragium, & ad perueniendũ ad ſalutis portum.

23 In Sacramento pœnitentiæ eſt aliquod, quod eſt tantum ſignum,vt exterior pœnitentia, in qua eſt Sacerdotis abſolutio,tanquam formale: & cõfitentis humiliatio ſiue quantum ad verbum accuſationis, ſiue quantum ad pœnam ſatisfactionis, tanquam materiale. Aliud quod eſt tantum res, vt peccati remiſſio perfecta. Aliud qđ eſt res, & ſignum, vt pœnitudo interior. S. Bonau. ni Cẽtiloquio .par.3 .ſect.51.

Differentiam quæ eſt inter pœnitentiam virtualẽ, & contritionem, vide infra in ſequenti capite.nu.20.

Differentiam etiam quæ eſt inter Sacramentum pœnitentiæ,& confeſſionem Sacramentalem,videbis infra de Confeſſione.cap.4.num.10.

Quando autem Sacramentum pœnitentiæ fuerit inſtitutum,& ſi eſt de neceſſite ſalutis, vide ſi placet infra de Sacramentis in communi.cap.15.nu.14.& 17.

De Contritione. Caput II.

1 Contritio dicitur à con, & tero, quaſi ſimul ex toto tritio; quæ mætaphoricè ſignificat deſtructionem perfectam malæ voluntatis appetentis peccata, quæ conteri dicuntur. Scrutin. Sacerdo.

2 Cõtritio eſt duplex, videlicet perfecta,& imperfecta.

3 Perfecta eſt illa, quâ purè propter Deum principaliter de peccatis noſtris ſuper omnia dolemus, licet ſecundariò etiam propter alium reſpectum. Nauarr. c. 1. nume.7.&8.

4 Imperfecta eſt illa, qua licet tantum propter Deum dolorem de peccatis conceperimus, non tamen ita feruidè,& ſuper omnia,vt in perfecta; & hanc vocant cõtritionem informem abſq; gratia. Scotus, & Concilium Tridentinum.

5 Con-

5 Contritio ſic deſcribitur: eſt animi dolor, ac peccatorum præteritorum deteſtatio, cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi, ac de cœtero non peccandi. Concil. Trid. & Cathechiſ.

6 Vel eſt dolor perfectus voluntariè aſſumptus pro peccatis, cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. S. Bonauentura. in 4.

7 Item ſecundum Nauarr. eſt pœnitudo voluntaria cū dolore maximo actuali, vel virtuali, peccati proprij iam cōmiſſi, quatenus eſt offenſa Dei ſuper omnia dilecti, cū ſpe veniæ, & propoſito non peccandi amplius, ſaltem mortaliter, & confitendi, & ſatisfaciendi, ſaltem virtualiter.

8 Item ſecundum Toletum in libr. 3. ſum. cap. 4. eſt præteriti peccati, vt eſt Dei offenſa, voluntariè ſupra omnia deteſtatio, cum propoſito, futura ſupra omnia vitandi, & commiſſa confitendi.

9 In contritione autem requiritur dolor. Quia ſicut in commiſſione peccati eſt quædam delectatio in ordinata; ſic per contrarium requiritur dolor in contritione de peccato commiſſo. Scrut. Sac.

10 Nota quod dolor in cōtritione non eſt aliud niſi peccati diſplicentia ac deteſtatio, quatenus eſt offenſa Dei propter peccatum. Nullus autem alius dolor de peccato eſt propriè contritio, ſed poteſt eſſe benè attritio.

11 In contritione eſt duplex dolor; vnus eſt voluntatis, qui non eſt aliud niſi peccati diſplicentia; & ipſe eſt de neceſſitate, & eſſentia Contritionis. Alius eſt dolor ſenſibilis, qui apparet in lachrymis, & ſuſpirijs; & iſte non eſt de eſſentia Contritionis, ſed de perfectione: quia nō eſt in noſtra poteſtate eum habere quando volumus. Poteſt autem fieri tanta Contritio quòd non ſolum culpa, ſed etiam pœna dimittatur. Scrut. Sacer.

12 Dolor Contritionis debet eſſe maximus, non tenera affectione, vel intentione, ſed comparatiua appretiatione, ſi detur optio: exemplum de Marito, erga Vxorem, & Deum. Nauarr. poſt Pelbartum in 3. Roſar. Theolog. Verbo, Charitas.

13 Contritio ex parte doloris quæ eſt in ratione, ſcilicet diſplicentia peccati, quatenus eſt offenſa Dei, non poteſt eſſe nimia; ſicut nec amor Charitatis Dei: ſed quantum ad dolorē ſenſibilem poteſt eſſe nimia, ſicut etiam exterior corporis afflictio, vt ieiunium, & huiuſmodi. S. Thomas in 4.

14 Contritus potius deberet eligere ſibi eſſe in Inferno, quàm peccare; dicente Diuo Anſelmo in lib. de ſimil. q. aliquis debet magis eligere eſſe in Inferno ſine culpa, quàm in Paradiſo cum culpa: & eſt verum in generali, vt dicit S. Thomas. in Quolibet: Sed non tenetur in ſpeciali hanc pœnam, vel illã præeligere: imò ſtultè ageret; quia terribilia conſiderata in particulari magis terrent.

15 Nota quod pro quantocumque magno peccato, ſufficit quantacumque parua Contritio: & ratio eſt, quia Cõtritio dicit actũ pœnitendi charitate formatum, & quantacunque modica charitas ſufficit ad remotionē quãtorumcũque, & quorumcunq; magnorum peccatorũ mortalium, igitur quantacunq; parua contritio ſufficit pro quantocumq; magno peccato: ſed non ſic dicendum eſt de Attritione. Richar. in 4. diſ. 17.

16 Dolor contritionis duplex eſt, videlicet formalis, de quo ſupra in diffinitione; & virtualis, quem ſecundum Nauar. poſt Scotum in 4. diſ. 14. in Actus peccatoris, quo amore Dei vult ſubire martirium ſibi oblatum repente, ſine pectorũ memoria. Imò quilibet amor Dei, quo plus quàm omnia diligitur, videtur pœnitentia, ſiue contritio virtualis: & in neceſſitate, vt quando quis repente rapitur ad martyrium, ſufficit virtualis dolor: ſed extra neceſſitatem, requiritur dolor, ſiue contritio formalis.

17. Non eſt opus vt de ſingulis peccatis quis habeat ſingulas contritiones, ſed ſufficit vna, quæ ſe extendat ad ſingula mortalia virtualiter ſaltem. ex Nauarro.

18. Nota quod quamuis peccator ſēper teneatur ad hoc, vt nunquam ſibi placeat peccatum; quia præceptum negatiuum obligat ad ſemper; ſed quod actu conteratur, non obligatur, niſi in tribus caſibus, ſcilicèt, Primò quotieſcunq; imminet periculum mortis. Secundò quando

quis

quis vult recipere, vel miniſtrare aliquod Sacramentum excepto Euchariſtiæ, in quo confeſſio etiàm requiritur. Tertiò quando inſtat aliqua neceſſitas magna populi: cui abſque Orationis feruore, prouideri non poſſit. Nauar. poſt Adrianum.

19 Conditiones contritionis ſunt duæ, videlicet dolor de præteritis, & propoſitum confitendi, & ſatisfaciendi, & abſtinendi de futuro.

20 Duplex datur differentia inter pœnitentiam virtutē, & contritionem. Prima quod dolor, qui eſt virtus, includitur in dolore, qui eſt contritio, nō autem è contra. Secunda quod pœnitentia eſt dolor aſſumptus pro peccatis inquantum ſunt contra rationem, & bonum honeſtū, nec requiritur quod ſit maximus: ſufficit enim moderatus cum propoſito ſolo ſatisfaciendi: contritio autem eſt dolor, vt ſæpe dictum eſt, de peccatis, aſſumptus propter Deum ſummè dilectum cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi. Nauarrus. Circa liberum arbitriū vide eius diffinitionem infra. c. 18. num. 44.

21 Interrogatio. Qualis eſt ordo in conuerſione liberi arbitrij in Deū: Reſpondet S. Auguſtinus in lib. de Eccleſiaſticis dogmatibus, quod primò, præuenit inſpiratio Dei quæ dicitur excitatio, ſeu vocatio, qua dicitur, Deus ſtare ad hoſtium, & pulſare, & eſt gratia gratis data. Secundò eſt acquieſcentia liberi arbitrij huiuſmodi vocationi, ſeu obedientia. Tertiò eſt Diuini muneris infuſio, ſcilicet gratia gratum faciens, in qua perficitur cōuerſio. S. Bon. in 2. & S. Thom. in 1. 2.

22 Iuſtificatio ſic deſcribitur, eſt translatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatu gratiæ, & adoptionis filiorum Dei, per ſecundū Adam Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum. Concilium Trident.

Cauſſæ quæ inducunt hominem ad contritionem ſunt ſex. vt dicit S. Raym. Prima eſt recognitio peccati; Secūda recognitio pudoris, Tertia deteſtatio vilitatis peccati, Quarta timor Iudicij, & Inferni, Quinta conſideratio ammiſſionis patriæ, & offenſa tanti patris. Sexta eſt ſpes, ſcilicet veniæ conſequendæ, gratiæ recuperandæ, gloriæ expectandæ.

De effectu contritionis vide ſupra num.20. vel dic q̃d eſt remiſſio culpæ,& pœnæ,De pœn.diſ.3.per totum.aliquando totalis, ſed regulariter tamen non tollit totam, ſed partem, neque obligationem confitendi; vt infra dicimus de confeſſione.

De Attritione. Caput III.

1 Attritio eſt duplex,perfecta,& imperfecta.Perfecta eſt illa,qua tãtum propter Deum purè dolemus de peccatis, ſed non ita feruidè , & ſuper omnia, vt par eſt Nauarr.& hæc eſt,quam ſupra contritionem imperfectã diximus,ex Concilio Tridentino.

2 Attritio perfecta ſic deſcribitur; eſt dolor imperfectus de peccatis propter Deum principaliter aſſumptus. Vel; Attritio eſt diſplicentia,& dolor de peccatis,quæ immediatè Cõtritionem ſequitur.S. Thomas in 4.diſ.17.

3 Attritio imperfecta eſt,qua dolemus de peccatis,non propter Deum.Nauar.

Attritio imperfecta eſt duplex, vt patet in ſequentibus.

4 Sanctus Thomas in 4.diſ.17. ponit differentiam inter Attritionem,& Contritionem dicens: Sicut in corporalibus attrita dicuntur,quæ aliquo modo ſunt comminuta, licet non perfectè: Contrita verò, quando omnes partes ſimul, & perfectè tritæ ſunt; ſic in Spiritualibus, Attritio ſentit quandam diſplicentiam de peccatis, ſed non perfectam;Contritio verò perfectam.

Sunt etiam aliæ differentiæ inter Attritionem, & Cõtritionem;nempe quia Contritio prouenit à gratia gratum faciente; & Attritio à gratia gratis data. Contritio conſurgit à timore filiali; & Attritio à ſeruili. Homo nõ poteſt ſcire ſe eſſe contritũ, & tamen poteſt ſcire ſe eſſe Attritum. Contritio,& Attritio idem ſunt materialiter; ſicut domus obſcura, & illuminata: & Attritio eſt ſicut lux auroræ,quæ creſcẽdo fit meridies,ideſt Cõtritio,vt dicit Franc. Mayronis.

5 Interrogatio. An Attritio poſſit fieri Contritio? Se-

cundum

cundum Sanctum Thomam in 4. diſt. 17. Attritio nunquam fit Contritio; Sed ſecundum Scotum in 4. diſ. 14. fit. vnde concluſio.

Duplex eſt Attritio videlicet, intrinſeca, ex obiecto, ſcilicet propter pœnas Inferni; & extrinſeca, ex habitu propter Deum, ſiuè propter Beatitudinem. Prima non fit Contritio; & ſic intelligendus eſt S. Thomas. Secunda autem fit contritio, virtute Clauium; & ſic Scotus eſt exponendus. Ex hac cōcluſione poteſt ſummi intellectus huius dicti, Ex Attrito fit Contritus virtute clauium; quia ſi prius non fuit benè diſpoſitus ante Sacramenti ſuſceptionem, & nunc in inſtanti ſuſceptionis voluntatē verè corrigit, ita quod habet bonum motum, qui ſit meritum de congruo gratiæ, iam infunditur ſibi gratia: cōtingit enim negligentem prius, voluntatem corrigere, cum iam accedit ad Sacramentum: & finaliter dicimus attritum ex ui Sacramenti poſſe fieri contritum, mutando obiectum; nempe dolorē propter Dei offenſam principaliter; quamuis non deſint, qui dicant, vt Philiarcus, fieri etiam hoc ſine mutatione obiecti voluntatis; ſed tantū calore Sacramenti: Sed melior eſt prima opinio.

6 Poteſtne abſolui attritus tantum? Reſpondetur, quod ſic, attritus attritione perfecta: ſed de imperfecta dico, quod poteſt conſiderari duobus modis; Primus eſt, quādo peccator odit peccatum propter timorem Inferni; & ſi ille non eſſet, ſemper vellet peccare; & iſte non poteſt abſolui. Secundus eſt, quando peccator odit peccatum, & proponit, non peccare, etiam propter timorem Inferni, ne perdat Beatitudinem; & iſte ex attrito fit contritus virtute clauium. concordat Concil. Trid. ſeſſ. 14. c. 4.

7 Nunquid cuilibet dicenti ſe dolere de peccatis eſt imponendum beneficium abſolutionis? Reſpon. Eſt, dummodo adſit aliqualis dolor de præteritis, & etiam propoſitum ſatisfaciendi; & abſtinendi de futuro: quod limita vt ſupra.

8 Recordare etiam quod Scotus in 4. diſt. 14. ad prædicta dicit, qd accedens ad Confeſſionē, vt ſuſcipiat Sacramētū pœnitentiæ, dēt eſſe cōtritus, vel attrit⁹ formaliter

vel

vel ſaltem virtualiter, ideſt quod nõ ponat obicem peccati mortalis, qđ eſt eſſe parum attritus: & hoc ſufficit, vt quis de attrito fiat contritus, virtute clauium, & Scotus loquitur de attritione perfecta, vel ſaltem de imperfecta, ſecũdò modo ſuperius poſito. Ob ex autem actualis dicitur ſecundum Scotum, vt ſi quis actu cogitaret peccatum aliquod mortale non relinquere. vide Angelicam, Confeſſ. primo §. 30. & Confeſſ. 2. §. 1. Roſel. Confeſſ. §. 4. Syluestrin. Confeſſ. primo. §. 24. q. 21. & S. Thom. quolib. 4. q. 7. art. 10.

9 Poſtremo nota illud quod dicunt Doctores, & maximè Richardus noſter in 4. diſ. 17. art. 1. q. 3. Quod facienti quod in ſe eſt, videlicet dolendo de præteritis, & habendo propoſitũ cauendi à peccatis futuris, vt ſæpè dictum fuit, Deus facit attritionem fieri contritionem. & ad hoc propoſitum dicit etiam idem Doctor in eodem. 4. diſ. 14. art. 7. q. 1. ad 2. argum. Quod quamuis pœnitentia informis non ſit digna per ſe ad remiſſionem peccati, tamen ipſa de congruo meretur ſuam reformationem, & ex conſequenti peccatorũ remiſſionem, quæ duo Chriſtus meruit de condigno vnicuiq; pœnitenti facienti qđ in ſe eſt fideliter. & idem replicat Richar. in 3. ſen. diſ. 18. Quæ doctrina Richar. intelligenda eſt, meo iudicio, maximè in articulo alicuius extremæ neceſſitatis, vt in morte ſubitanea, vel illata ab inimicis, vel quando quis ab aquis ſuffocatur à caſu, in abſẽtia præsbyteri: vnde præfata pœnitentia informis, ſiue quæ eſt idem quod attritio non poteſt fieri contritio virtute clauium in actu, ſed tantum virtute Dei: quæ nõ deficit in neceſſarijs neque alligauit potentiam ſuam Sacramentis, quamuis in caſu non excluditur Sacramentum in voto, ſed (vt dictũ eſt.) includitur. cum hac opinione igitur tranſit frater Ioſeph Angles in ſuo 4. de florib. Theologicarũ q. 23. tra. de pœnitentia qui allegat Adrianum, & Vegam, qui etiã plus dicunt; nempe, quod in præfato caſu ſufficit Oratio ſine pœnitentia actuali. At S. Antoninus videtur cõtrarius in 3. par. tit. 14. c. 18. §. 2. in fine: vnde dicit ſic, Cum enim nulla neceſſitas excuſet à contritione, ſi quis moriatur

riatur ante contritionem, etiam ſi non potuit conteri, quia ſubito moritur, nihilominus damnatur. & ſimiliter etiam ſic dicit Nauar. in Man. ca. 1. nume. 25. Tamen iſti non ſunt contra ſuperius dicta, ſi benè expendantur verba Richar. & aliorum, vnde illi non tenent quod attritus ſaluatur vt attritus, quia ſaluaretur ſine gratia gratum faciente; quod eſt impoſſibile: ſed contritus ex gratia Dei promiſſa, & data omni facienti fideliter quod in ſe eſt, ſecundum illud Matth. 7. c. Petite, & dabitur vobis, & D. Chriſoſtom. Omnis qui petit accipit ſiue iuſtificatus ſit, ſiue peccator.

De Confeßione Sacramentali. Cap. IV.

1 CONfeſſio dicitur ſecundum S. Raymundum à Con, quaſi ſimul, vel ex toto, vel vndique faſſio, idest loquutio.

2 Confeſſio eſt tripex ſcilicet mentalis, cærimonialis, & ſacramentalis. Mentalis eſt recognitio peccati corã Deo in corde. Cærimonialis eſt quod peccans tali peccato offerat tale Sacrificiũ. Sacramentalis eſt quæ fit Sacerdoti: quæ eſt de neceſſitate ſalutis omnibus peccatoribus. Prima fuit in lege naturæ. Secunda in lege Moyſi, & Tertia eſt de lege Euangelica inſtituta à Chriſto.

3 Confeſſio Sacramentalis ſic deſcribitur à Catechiſ. Rom. eſt peccatorum accuſatio (quæ ad Sacramenti genus pertinet) eò ſuſcepta, vt virtute clauium veniam impetremus.

4 Vel, vt dicit S. Auguſtinus, eſt per quam morbus latẽs ſpe veniæ aperitur.

5 Item ſecundum S. Raym. eſt legitima coram Sacerdote habente claues Eccleſiæ peccatorum declaratio.

6 Item ſecundum Gabrielem Bielem, eſt Secreta delinquentis accuſatio ſuorũ commiſſorum peccatorum, coram Sacerdote Iuriſdictionem habente in eum, ſpe veniæ conſequendæ.

7 Item ſecundum Sotum in textu diſ. 18. eſt Sacramentalis quædam peccatorum accuſatio ad Indulgentiam

tiam

tiam, virtute clauium Eccleſiæ obtinendam.

8 Item ex Nauarro; Eſt peccatoris accuſatio ſecreta, de ſuis peccatis coram proprio Sacerdote, vt ab illis Sacramentaliter abſoluatur.

9 Item ſecundum Toletum; Eſt actus hominis exterior propriorum peccatorum, cum ſui accuſatione in foro Spirituali, & ſecreto manifeſtatiuus. lib. 3. c. 6.

10 Sacramentum Pœnitentiæ, & Sacramentalis Confeſſio, non ſunt idem: nam conuertuntur hoc modo: quod Confeſſio Sacramentalis, ſemper includitur in Sacramẽto Pœnitentiæ, non è contra: nam multocies fit Confeſſio Sacramentalis, in qua nõ inuenitur Sacramentum; vt quando V. G. Confeſſor negat abſolutionem, vel differt ex aliqua cauſſa, tunc dicitur ſacramentalis Confeſſio, non autem Sacramentum pœnitentiæ; quia defuit abſolutio: quando autem confert abſolutionem, tunc fit Sacramentum pœnitentiæ. Secundò dico, quod in Sacramentali Confeſſione, ſicut in Sacramento, tenetur Sacerdos ſeruare ſigillum. Ex Candelabro Aureo correcto.

11 Confeſſio debet habere quinq; conditiones, Secundũ aliquos Doctores, enumeratas per iſtam dictionem ſcilicet, IVDAS numerando illam, per ſuas litteras compræhenſas illa voce, ita vt. I. ſignificat integram, V. verecundam, D. diſcretam, A. accuſantem, S. ſecretam, nec non, ſimplicem.

Candelabrum aureum dicit ſufficere vnam videlicet eſſe perfectam.

12 At communis opinio habet quod debet habere ſexdecim conditiones videlicet.

Sit ſimplex, humilis confeſſio, pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

13 Præfati verſus ſic exponuntur ab Angelica. SIMPLEX ideſt vt nihil admiſceatur, quod non faciat ad peccati quantitatem. HVMILIS, in verbo, & ſigno. PVRA, ideſt recta

recta intentione facta. FIDELIS, id eſt vera, vt nihil de falſitate admiſceatur. FREQVENS, quia eſt valde vtilis. NVDA, non inuoluta verborum obſcuritate, DISCRETA, vt maiora cum maiori grauitate. LIBENS, non neceſſitate, ſed libera voluntate. VERECVNDA, non iactantiæ plena. INTEGRA, vt nullum retineat. SECRETA, non publica. LACHRYMABILIS, ex dolore cordis. ACCELERATA, ne nimis prolongetur. FORTIS, ne ex verecundia dimittat. ACCVSANS, ſe, & non alios. PARERE PARATA, ſcilicet ad obedientiam Confeſſarij.

14 Nota ſecundum Aſtenſem. lib. 5. tit. 18. in princ. Quod præfatæ conditiones ſunt omnes de neceſſitate Confeſſionis; præter duas, nempe, quod ſit frequens, & accelerata, quæ ſunt de benè eſſe.

15 In Confeſſione Sacramentali cōcurrunt quatuor cauſſæ; nempe; Efficiens principalis qui eſt Deus; & miniſterialis, Sacerdos: Materialis, pœnitens, & peccata: Formalis, Ego te Abſoluo: & Finalis remiſſio peccati.

16 Confeſſio eſt facienda ſolum de peccatis mortalibus, & circumſtantijs mutantibus ſpeciem; intellige mortalem, de neceſſitate. De venialibus autem ſolum de benè eſſe. Concilium Trident.

17 Ad Confeſſionem in voto tenetur quis in tribus caſibus poſitis ſupra de Contritione num. 18.

18 Ad Confeſſionem in actu, ex ſtatuto Eccleſiæ, quis ſolummodo tenetur cōfiteri ſemel in anno, niſi in quinque caſibus infraſcriptis, in quibus tenetur pluries in anno confiteri, Iure diuino: vt quando imminet iudicium damnationis, vel miſericordiæ; quia quis ſe debet præparare ad miſericordiam quantum poteſt, Secundū Scotum in 4. diſt. 17. art. 2.

Primò, igitur eſt ratione receptionis Sacramenti Euchariſtiæ. Secundò quando inſtat veriſimilis articulus mortis. Tertiò, eſt de illo, qui habet commoditatem Confeſſarij idonei, & niſi confiteatur nunc, amplius per illum annum non poterit confiteri. Quartò eſt quando quis vouit confiteri pluries. Quintò, eſt

tibi impendo,ex S.Thom.4.diſ.16.& 3.p.q.84.art.3.

22 Nota ſecundum S.Bonauenturam in 4.diſ.17.p.2.arti. 2.q.3.Quod non tenetur quis confiteri ex charitate: ſed tenetur confiteri,vel ex charitate,vel ex diſpoſitione ad charitatem ſufficientem ſecundum veritatem,vel ſecundum probabilitatem: & illa diſpoſitio eſt attritio, quæ ſæpe in confeſſione,& abſolutione Præsbyteri formatur per gratiam,vt contritio fiat,vel ad eam ſubſequatur;vt dictum eſt ſupra.

Proprius Sacerdos eſt omnis,qui habet curam alicuius ordinariam, ſiue delegatam.

23 Duplex eſt poteſtas in Sacerdote, videlicet ordinis, & Iuriſdictionis.Ordinis eſt qua Sacerdos conficit Corpus Chriſti.Iuriſdictionis,qua Sacerdos abſoluit pœnitentē.

24 In neceſſitate extrema quilibet ſimplex Sacerdos, quando non poteſt haberi, qui habet auctoritatem,poteſt abſoluere ab omnibus peccatis,& cenſuris, ita quod poſtea non eſt opus vt ſe præſentet Superiori pro peccatis,ſed benè pro cenſuris: quod ſi non facit, reincidit in eadem cēſura,non numero,ſed ſpecie.vt in Clemen.Eos qui de ſent.excom.Poteſt etiam abſoluere,ſi Sacerdos ſit excommunicatus,præciſus,ſchiſmaticus, vel Hæreticus, dum non adſit periculum peruerſionis in pœnitente; & ipſe Sacerdos ſit paratus,quia nunquam eſt inducendus, Pro hoc vide Angel.confeſſ.3.§.2.& Armilla Abſol. nu. 13.concordat Concil.Trident. ſeſſ.14. cap.7. de caſuum reſeruat.ijs verbis.In articulo mortis,omnes Sacerdotes quoslibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt. Ex quibus verbis infert Emanuel Sà in ſuis Aphoriſm.quod ipſe ſimplex Sacerdos poteſt abſoluere,etiam ſi proprius Sacerdos non abeſt,& Cape à Villa de caſibus reſeruatis dicit:quod poteſt etiā in præſentia proprij Sacerdotis, ſiue Parochi,etiam negata licentia ab ipſo.& idem dicit Nauar.in conſil.2.p.de Pœn. & remiſſ. nu.3. ſed quicquid ſit de iſtis opinionibus,ego dubito propter vſum contrarium.Et etiam quia Cathechiſmus,qui eſt expoſitiuus Concilij, videtur aliter dicere.de Confeſſione.num.56.

Digitized by Google

25 Confeſſor debet habere quinq; conditiones, nempe poteſtatem, ordinis, & Iuriſdictionis ordinariam, vel delegatum, & non ligatam quantum ad vſum per excommunicationem, ſuſpenſionem, vel interdictum, &c. Sciẽtiam, vt ſciat diſtinguere inter peccatum mortale, & veniale. Prudentiam, pœnitentem interrogando, inſtruendo, hortando, & animando ad ſpem. Bonitatem, ideſt ſine peccato mortali per contritionem, vel per attritionem ſaltem exiſtimatã contritionem. & Sigillum, vt nunquam reuellet Confeſſionem.

26 Sigillum confeſſionis eſt obligatio ſiue debitum occultandi aliquid habitum in Confeſſione Sacramentali. S. Thom. 4. diſ. 21.

27 Sigillum ſacrum confeſſionis dicitur metaphoricè, ſicut in literis facit ſecretum quicquid in eis continetur, ita in Sacramento.

28 Sub ſigillo ſunt, non tantum peccata mortalia, ſed etiã venialia, & circumſtantiæ neceſſariò, vel voluntariè cõfeſſæ, & quodcumq; aliud per quod detectum directè, vel indirectè pœnitens cognoſcitur habuiſſe aliquod peccatum mortale, etiã in communi, vel veniale in particulari, licet leuiſſimum ſit. Nauar. in c. 8. in Manual.

29 Confeſſarius interrogatus an abſolueritillum, ſi reſpondeat, non frangit ſigillum; debet enim dicere, ſum functus meo officio. Nauarr. ſupra.

30 Qui de licentia pœnitentis liberè, & iuſtà de cauſſa conceſſa dicit peccatum, nõfrangit: Nauar. at melius eſt habere illam extra confeſſionem, vt dicunt Scotiſtæ 4. diſ. 21.

31 Prudens Confeſſarius non debet iniungere tales graues pœnitentias, ex quibus alij ſuſpicentur commiſſa grauia peccata. Nauar. non tamen per talem pœnitentia publicatur peccatum pœnitentis, quia quod eſt publicum de ſe, amplius publicari non poteſt, ſaltem quo ad illos, quibus innotuit tale peccatum. Gabr. 4. diſ. 14. in fine.

Si Confeſſarius duos, qui ad patibulum ducuntur audiuit in Confeſſione, & pro vno tantum, qui ſe dixit eſſe de furto innocentem rogat, aſſerens eum innocentem,

hoc eſt reuelatio confeſſionis. De Arioſtis in ſuo Enchiridion.lib.1.tit.7.c.1.

32 Contra Sacerdotem reuelatorem Confeſſionis ſic dicitur in Canone,omnis.de Pœniten.& Remiſ. Caueat Sacerdos omnino, ne verbo, aut ſigno, aut alio quouiſmodo aliquatenus prodat peccatorem;aliter ſi præſumpſerit reuelare, non ſolum à Sacerdotali officio deponendũ decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum Monaſterium detrudendum.

33 Sed cui incumbit probatio, ſi quis dicat Sacerdotem; reuelaſſe Confeſſionem, & ille ſcilicet Sacerdos negat vel dicat ſe quidem aliquid dixiſſe,ſed negat ſe illud per Confeſſionē habere?Eſt Sacerdos abſoluendus,cum non ſit illi minus credendum, quam alij:tamen niſi Sacerdos doceat aliunde illud ſe habuiſſe,quàm per Confeſſioné, præſumetur contra eum: non tamen punietur pœna ordinaria,vt ſupra; ſed extraordinaria. Sylueſtrina.Confeſſ.3.quæſt.9.

Sigillum ſecreti eſt debitum occultandi aliquid habitum extra Confeſſionem Sacramentalem.

34 Sigillum Confeſſionis differt à Sigillo ſecreti,ſicut ſuperius; quia omne ſigillum Confeſſionis eſt ſigillum ſecreti,ſed ſigillum ſecreti non eſt ſigillum Confeſſionis,& quamuis frangens quodlibet iſtorum ſigillorum mortaliter peccet,& crimen proditionis incurrat,tamen multò grauius peccat frangens ſigillum Confeſſionis,quàm ſigillum ſecreti.Richard.4.diſt.21.

34 Confeſſio Sacramentalis non ſolum eſt neceſſaria ad ſalutem, verum etiam eſt ſub præcepto Diuino obligante tranſgreſſores ad mortale: vt Definitum eſt in Concilio Tridentino ſeſſ.14.cap.5.& iſtud præceptum colligitur ex capite Ioannis. XX. Vbi dicitur: Accipite Spiritũ Sanctum;quorum remiſeritis,&c.Ergo à contrario,quorum non remiſeritis non remittuntur: Sed Sacerdotes nõ remittunt niſi confitentibus,ergo tenentur ex præcepto Chriſti confiteri homines.

De ſatisfactione inquantum, eſt vltima pars Sacramenti Pœnitentiæ. Caput. V.

1 Satisfacere, eſt facere ſatis, ideſt facere quantum opus eſt, vt fiat; & eſt facere illud omne, quod obligatio requirit.

2 Satisfactio ſic deſcribitur à cathechiſ. Rom. nu. 63. eſt Iniuriæ alteri illatæ compenſatio.

3 Vel ſecundum. S. Anſelm. eſt Deo debitum honorem impendere.

4 Item, ſecundum. S. Auguſtin. eſt peccatorum cauſſas excindere, & eorum ſugeſtioni aditum non indulgere.

5 Item, ſecundum Scot. eſt operatio laborioſa voluntariè aſſumpta, ad puniendum peccatum à ſe commiſſum, & ad placandum Diuinam effenſam.

6 Item, ſecundum Nauarr. eſt compenſatio facta Deo, propter peccatum.

7 Item, ſecundum Sotum, eſt Iniuriæ Deo illatæ, cũ propoſito cauendi in futurum, ad quandam æqualitatẽ Iuſtitiæ compenſatio.

8 Item, ſecundum Toletum, eſt offenſæ præteritæ, quò ad pœnam recompenſatio.

9 Oratio, & Eleemoſina tàm corporalis, quàm ſpiritualis, & Ieiunium, ſub quo cõtinentur quæcumq; afflictiones corporales, vt peregrinationes, diſciplinæ, & huiuſmodi, ſunt iniungenda pro ſatisfactione.

10 In iniungenda ſatisfactione quinq; ſunt conſideranda. Primò, grauitas, qualitas, & quantitas peccatorũ. Secundò, ſtatus peccatoris, an ſit ſui; vel alieni iuris; ne iniungatur pœnitentia in præiudicium tertij. Tertiò, diſpoſitio pœnitentis temporalis, corporalis, & ſpiritualis; nam malè diſpoſito, vel benè contrito parua eſt iniungenda pœnitentia. Quartò, occaſio peccati, iniungẽdo talem pœnitentiam, per quã non ſolum ſatisfaciat

pro

pro peccatis præteritis, ſed etiam afferatur remedium pro futuro: vt blaſphemanti propter ludum, iniungatur pœnitentia ne ludat. Quintò, Canones pœnitentiales, licet pœnitentiæ ſint arbitrariæ; & iniungebatur olim pro quolibet peccato mortali, pœnitentia ſeptennis: vnde Sacerdos tenetur ſcire illos Canones, aliter vix in eo nomē præsbyteri conſtabit: ſecundū Aug. diſt. 38. & S. Gregorius dicit: Falſas pœnitentias dicimus, quæ non ſecundum auctoritates Sanctorum, pro qualitate criminum imponuntur: quod intelligendum eſt, ſecundum Richar. non quò ad pœnitentiæ quantitatem, ſed qualitatem. Sacerdos ergo debet dicere pœnitenti ſecundum Hoſtienſem: Clariſſime tu feciſti tot, & talia peccata, & pro quolibet deberes ſic pœnitere; ſed fortè ad hoc tua vita non ſufficeret. Iniungo tamen tibi pœnitentiā talem pro omnibus tuis peccatis. & dictū præfatum Hoſtienſis eſt intelligendum, non de debito neceſſitatis, ſed cōgruitatis. Si uis deinde legere præfatos pœnitentiales Canones, vide illos in fine Decreti noui, & in Summa Aſtenſi, & Angelica. Confeſſ. 6. §. 5. & cœteris, & alibi.

11 Circa occaſionem peccati, nota quod ſecundum Nauar. eſt duplex, videlicet propinqua, & remota. Pœnitēs ergo non tenetur ſe abſtinere ab occaſionibus remotis peccati, ſed tantum à propinquis: & non poteſt abſolui regulariter, niſi habeat firmum propoſitum vitandi huiuſmodi occaſiones. Et dixi reguraliter, quia poteſt, concurrentibus quatuor: Primò, quod ſit vera pœnitentia. Secundò, verum propoſitum nunquam redeundi ad illa. Tertiò, propoſitum ſemper cauendi, adiuuante Deo, ne peccet ob eam, cum in ea ſe inuenerit, Quartò quod ſubſit aliqua notabilis cauſſa non ſe abſtinendi ab ea.

12 Occaſio propinqua eſt ſola illa, quæ in ſe cōtinet peccatum mortale, & qua non poſſumus, niſi cum magna difficulate, vti ſine peccato: Et occaſio in genere nihil aliud eſt, quam cauſſa in ſufficiens, data, vel accepta alicuius rei faciendæ, vel dicendæ. Hucuſque qui ſupra in Manual. c. 3. nu. 10.

13 Nota quod, quando pœnitens nullam omninò pœni-

tentiam vult acceptare, offerés ſe ſatisfacturum in Purgatorio, Confeſſarius potiuſquam dimittere eum deſperatũ, & ſine pœnitentia; ſaltê iniungat vnũ Pater noſter.

14 Exiſtens in mortali peccato, ſi pœnitentiam, aut ſatisfactionem adimplet, præcepto de pœnitentia adimplêda ſatisfacit, nec tenetur reiterare Confeſſionem: quod probatur à ſimili; nam vt exiſtens in mortali, & recitans horas Canonicas, vel ieiunans, vel miſſam audiens ſatisfacit præcepto, de recitandis horis, ieiunandi, & audiendi miſſam; ita à ſimili hic, vnde non tenebitur reiterare pœnitentiam. Angleſ. in ſuis florib. de ſatisfact.

15 Facere quis pœnitentiam in peccato mortali intelligitur, quando poſt acceptam ipſam recidiuat, & nô côteritur. Si enim conteratur poſt lapſum in peccatum expectando futuram Quadrageſimam, in qua confiteatur peccatum commiſſum, & interim ſit contritus; non dicetur feciſſe pœnitentiam in peccato mortali. De Arioſtis in ſuo Enchiridion lib. 1. tit. 6.

16 Non refert an Confeſſarius imponat pœnitẽtiam ante abſolutionem, vel poſt; dummodo videat in pœnitente animi præparationem. Melius tamen videtur, vt ante imponat, & eum interroget, an ſit contentus eam acceptare, & facere: Nec ſectetur eos, qui vnum pater noſter imponunt tunc ſolnendum ſtatim pro pœnitentia Sacramentalis, & poſt aliam magnam non ſacramentalem: hoc enim nociuum eſt pœnitentibus; quoniam cum hæc pœnitentia non ſit ſacramentalis, non tantum eſt ſatisfactoria, ſicut ſi eſſet ſacramentalis. Caietanus

17 Omittens facere pœnitentiam iniunctam à Confeſſario. & acceptatam à pœnitente, nô propter hoc ipſe pœnitens peccat mortaliter, ſecundum Caietanum; niſi omittat ex contemptu; quia non omittitur aliquod neceſſarium ad ſalutem; cum hæc ſit ſolutio pœnæ temporalis, quæ ſi hic non ſoluitur, ſoluetur in Purgatorio. Scoto autem ſibi videtur ſimpliciter, quod peccat mortaliter non adimplendo, poſtquam acceptauit; cum ſit tranſgreſſio præcepti Eccleſiæ, & Vicarij Dei in illo actu. Hæc ille 4. diſt. 15.

18 Aliquis

18 Aliquis poteſt adimplere pœnitentiam alteri iniunctam tribus concurrentibus: & Primò quod ambo ſint in charitate: Secundò quod adſit cauſſa rationabilis, vel articulus neceſſitatis: Tertiò Confeſſarij licentia, quæ tamẽ nõ requiritur in cõſtitutis in articulo mortis.

19 Reſtitutio non eſt propriè pars ſatisfactionis, quia dicit ſolum ceſſationem ab iniuria; ſed ſolum impropriè ſicut quoddam præambulum ſine quo non; & ſi ſit pars ſatisfactionis, vt quidam dicunt, eſt ex miſericordia Dei, & non iuſtitia. Syluestrina. Reſtitutio §. vltimo.

20 De partibus ſatisfactionis eſt ſciendũ quod ſunt tres, nempè Ieiunium Oratio, & Eleemoſina.

21 Elemoſina dicitur ab eleo, quod eſt verbum grecum, & idem eſt quod miſereor, cuius imperatiuus eſt eleyſon, ideſt miſerere; eleos ideſt miſericordia, & inde eleemoſina, ideſt miſericordia. Aſtenſis.

22 Eleemoſina eſt opus, in quo datur aliquid indigenti ex compaſſione propter Deum.

23 Eleemoſinæ ſpirituales ſunt ſeptem, nempe Conſulere dubitãti, Docere ignorantem, Corrigere errantem, Cõſolari afflictum, Parcere offendẽti, Ferre iniurias, & Orare pro omnibus.

24 Corporalia ſunt etiam ſeptẽ videlicet; Paſcere eſuriẽtem, Potare ſitientẽ, Veſtire nudum, Hoſpitari Peregrinos, Viſitare infirmos; Redimere in carcere poſitos, & Sepelire mortuos.

25 Eleemoſina debet fieri ſecundum poſſibilitatẽ, & qualitatem diuitiarũ, & debet fieri de omni re, quæ eſt propria dantis, & quæ non eſt obligata reſtitutioni alicui certæ perſonæ; ſiue licitè ſit aquiſita, ſiuè turpiter: & quilibet poteſt facere Eleemoſinam, qui poteſt donare. Et in neceſſitate extrema quilibet ſui Iuris, vel alieni, poteſt illam facere; imò tenetur. Et eleemoſina eſt fienda ſolum modò indigenti; & producit multiplicem effectum, ſcilicet augmentationem temporalium, remiſſionem peccatorum, augmentationem, & collationem gratiæ, & præparationem viæ ad Cœlum, cũ multis alijs. Scrutiniũ Sacerdotale.

26 Oratio dicitur quaſi oris ratio, vt ſcilicet rationabile petatur, aliàs non eſſet Oratio.

27 Oratio eſt aſcenſus intellectus in Deum: & eſt duplex, nempè communis, & ſingularis. Singularis eſt illa, quæ offertur à ſingulari perſona. Communis eſt illa, quæ per miniſtros Eccleſiæ in perſona totius fidelis populi Deo offertur; quæ & vocatur Hora Canonica.

25 Hora Canonica eſt officium Diuinum dicendum certis horis ex inſtitutione Sanctorum Canonum: & ſunt ſeptem ſecundum communiter Doctores, ſcilicet, Matutinum, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Veſperæ, & Completorium: licet S. Antoninus dicat quod ſunt octo, ſeparans laudes à Matutino, innitendo pſalmo, qui dicit Media nocte ſurgebã, &c. & ſepties in die laudem dixi tibi &c. in his horis totam paſſionem Chriſti commemoramus. vnde verſus.

Matutina ligat Chriſtum, qui crimina purgat.
Prima replet ſputis, dat cauſſam Tertia mortis.
Sexta cruci nectit: Latus eius Nona bipertit.
Veſpera deponit, tumulo Completa reponit.

30 Clericus Sacer, Beneficiarius, Monachus, vel monacha ad chorum deputatus, & profeſſus, ſi omittit, vel vult omitere infra totum diem horas Canonicas, vel partẽ earum notabilem, aut notabiliter malè recitare ſine propoſito iterum recitandi, ſine iuſta cauſſa, & neceſſaria attentione, peccat mortaliter, totiesquoties. Nauarr. in Manual.

31 Quando dubitatur de occupationibus, melius eſt anticipare, quàm poſtponere horas: vt veſperi matutinum, mane vſque ad nonam incluſiuè, poſt meridiem reliquas. Idem.

32 Anticipans, vt voluptuoſius dormiat peccat venialiter. Idem.

33 Qui poteſt celebrare Miſſam, & non poteſt recitare horas, celebret. Toletus.

34 Non eſt mortale celebrare ante dictum matutinum, & ſi quidam putant ſolam grauem neceſſitatem excuſare à mortali. Emanuel Sà.

35 Infir-

35 Infirmus excuſatus non tenetur audire horas alio recitante,nec ob eas mente Deum precari, nec poſtea ſanus repetere. Nauar.
36 Defectus Breuiarij excuſat, & licet ſua culpa illud nõ habeat,nõn tamen peccat non recitando, quia impoſſibile. Idem.
Licet recitare matutinum ſequentis diei ante ſolis occaſum. Idem.
37 Defectus neceſſariæ attentionis eſt mortalis. Satis eſt in principio propoſitum,ſaltem virtuale,attendendi, vt petendo Breuiarium animo ſatisfaciendi obligationi, vel ob id eundo ad Eccleſiam, ſi non interrumpatur per propoſitum actuale,vel virtuale non attendẽdi. Idem.
38 Nota quod attendere eſt ad id quod dicitur mentem habere præſentẽ,nempe,vt hoc verſetur in corde, quod profertur in ore.
39 Ieiunium dicitur à quodam inteſtino ſic vocato,eo qđ vt plurimum vacuum ſit,& exinanitum.
Ieiuniũ triplex,videlicet,Naturæ,Virtutis,& Eccleſiæ.
40 Naturæ ieiunium,eſt abſtinentia cibi,& potus integro die naturali.
41 Ieiunium virtutis, eſt actus temperantiæ, & eſt refrenatio delectationum guſtus in cibo, & potu, ſecundum regulam rectæ rationis. Gabriel.
42 Ieiunium Eccleſiæ,eſt abſtinentia à cibo,& potu ſecũdum regulam ab Eccleſia inſtitutam.
Ieiunium fuit inſtitutũ quãdo Dominus præcepit primis parentibus ne comederent de ligno ſcientiæ boni,& mali. Gen. 3.
43 Cauſſa iuſta excuſans à Ieiunio,eſt triplex,ſcilicet impotentia,neceſſitas,& maius bonum. Nauar.
44 Omnes qui continentur in his verſibus non tenentur ieiunare.
Aeger,inops,Pregnans,pergens,laborãs,vetus,infans.
Tres,aut quatuor panis vnciæ conceduntur pro ientaculo: Azorius.
45 Cum quo diſpenſatur,vt carnes edat,debere, ſi poteſt, cum carnibus Ieiunare;alij aiunt,alij negant,vtrumque

probabile. Emanuel Sà.

46 Puer ante vſum rationis poteſt veſci carnibus die ieiunij; quia non eſt legi ſubiectus. Idem.

Soluitur omnino ieiunium cum quo diſpenſatur vt bis poſſit comedere. Idem.

47 Qui veſcitur cibis prohibitis in aliena regione, vbi habitat, licet non ſint prohibiti in ſua, peccat non mortaliter; & è contra ſi ueſcitur prohibitis in ſua, ſed non vbi habitat, non peccat. Idem dicendum de feſtis & ieiunijs. Nauarrus, de Gula,

48 Hora comedendi, ſecundum Toletum eſt, vt quis cœnet vnam aut duas horas ante meridiem, & in omni caſu eſt ſeruanda conſuetudo loci.

Qui ſepius in ie iunio comedit: tantum in ſecunda comeſtione peccat mortaliter, non in alijs; at ſi edat cibos vetitos, tunc toties quoties. Nauarr.

49 Veſperi p õt ſummi collatio à Ieiunãtibus, ex pane, vel fructu, vel vtroq; iuxta morẽ regionis: dummodo nõ ſit multum (vt dictum eſt ſupra,) & non ſolum ob potum, ſed etiam ad ſuſtentandam naturam, licet non bibat. Nauarr.

50 Qui ſine cauſſa præuenit horam ſolitam prandij, Toletus credit ſic facientem peccare tantum venialiter, quando hoc fit ſine contemptu: & citat Alenſem, & Innocentium contra Nauarrum.

51 Lector Menſæ, poteſt aliquid comedere, & poſt lectionem cænare, Idem.

Licet in iure communi oua, & lacticinia prohibeantur in Ieiunijs quadrageſimalibus, & non in alijs: tamen ſeruanda eſt conſuetudo. Nauar.

Diuerſis intentionibus ieiunatur: vnde verſus.

Abſtinet æger, egens, cupidus, gula, ſimia, virtus.

52 Eger, vel quia non poteſt commedere, vel propter medicinam: Egens, quia non habet: Cupidus, ne expendat: Gula, vt poſtea auidius comedat: Simia, ideſt hypocrita, vt laudetur: Virtus, ideſt virtuoſus, vt mereatur. ex Angelica.

De Indulgentijs. Caput VI.

1 Indulgentia, eſt quædam remiſſio pœnæ debitæ pro peccato, poſt Contritionem habitam de eo. Angelica.

2 Vel ſecũdum Syluestrinam, eſt Donatio alicuius ſumpti de Theſauro Spirituali Eccleſiæ, facta peccatori, vt inde ſatisfiat Deo creditori pœnarum.

3 Item ſecundum Toletum, eſt remiſſio pœnæ temporalis pro actualibus peccatis debitæ, extra Sacramentum facta, ex theſauri Eccleſiaſtici diſpenſatione.

4 Indulgentiæ aſſumuntur, ex Theſauro Eccleſiæ, meritis ſatisfactorijs Chriſti, Beatiſſimæ Virginis, & omnium Sanctorum.

5 Notandum eſt quod vnumquodq; opus bonum, eſt ſimul meritorium, & ſatisfactorium, vt Ieiunium eſt meritorium, inquantum eſt factum in gratia: ſed inquantum illud eſt afflictiuum, & pœnale, eſt ſatisfactorium. Opera ergo Sanctorum ſuperabundantia, inquantum fuerant, & ſunt ſatisfactoria, reponuntur in Theſauro Eccleſiæ, quia vnus poteſt ſatisfacere pro altero; ſed inquãtum meritoria, non reponuntur in ipſo, quia meritũ non tranſcendit facientem; & ſic vnus non poteſt mereri pro altero, niſi ſolus Chriſtus, cuius meritum non poteſt alicui applicari, niſi per Sacramenta. Satisfactiones igitur Chriſti, & Sanctorum ſuperabundantes tantum, reponuntur in præfato Theſauro, & non merita. Ex hac Doctrina igitur ſunt intelligendi multi Doctores, qui dicũt Theſaurum Eccleſiæ eſſe aggregatum ex meritis Chriſti, & Sanctorum, niſi dicatur ex meritis ſatisfactorijs Chriſti, & Sanctorum. Notandum deinde eſt quod Diſpenſatio præfati Theſauri pertinet ad Summum Pontificem Vicarium Chriſti, qui poteſt pro loco, & tempore illud diſtribuere. Hæc eſt Cæſare Botono, & Ioanne Hechio contra luteranos.

6 Papa ſolus poteſt vniuerſaliter per totũ Mundum Indulgentias vniuerſales, vel particulares dare, ſecundum

quod

quod ſibi placet: ſic, & legatus in terminis ſuæ legationes poteſt facere Indulgentias perpetuas, ſicut & perpetua ſtatuta: Epiſcopi verò, & alij à Papa poſſunt facere Indulgentias ſecundum quod eis eſt taxatum, & conceſſum. Angelica.

7 Ad hoc quod Indulgentia valeat, quatuor communiter requiruntur: Primò cauſſa rationabilis, vt ſcilicèt detur pro honore Dei, vel vtilitate, aut neceſſitate Eccleſiæ. Secundò, auctoritas dantis. Tertiò diſpoſitio recipiẽtis. & Quartò, quod fiat id, pro quo datur Indulgentia. Armilla.

8 Nota, quod quando quis conſequitur Indulgentias, non tenetur præcepto aliquo pœnitentiam adimplere. Patet in Canone. Ex eo, extra de pœniten. & remiſſion. vbi dicitur, per Indulgentias eneruari pœnitentias iniunctas; quod intelligendum eſt de Indulgentijs generaliter, vel ſpecialiter pro pœnitentijs iniunctis. Tamen cuicumq; obtinenti Indulgentias, conſulendum eſt, vt pœnitentiam iniunctam adimpleat. Ratio eſt, quia opera pœnalia, & ſunt ſatisfactoria, ſi exiſtant in gratia pœnitentes; & medentur peccatori extenuando vitia; at verò Indulgentiæ ſolum ſunt ſatisfactoriæ. Angleſ. de Indulgent.

9 Nota, quod, cum quis Indulgentiam plenariam promeretur: omnis pœna pro peccatis debita illi remittitur. Cum autem Indulgentiam tertiæ, vel quartæ, ſeu alterius partis conſequitur, tantundem, de pœnis debitis remittitur quantum ſonat: & cum certus numerus dierũ, vel Annorum Indulgentiæ conceditur, tantum remittitur, quantum remitteretur, ſi totidem diebus, vel annis, in præſenti vita pœnitentiam egiſſet. Angleſ. & alij.

10 In Indulgentijs, per quadragenas, intelligitur numerus quadraginta dierum; quod eſt dicere tot quadragenas, ideſt tot vicibus quadraginta dies. Corona Confeſſ.

11 Nota etiam, & tenè menti, quod non requiritur actualis Confeſſio in recipiente Indulgentiam, licèt dicatur in Bulla, Confeſſis, & contritis: ſed ſufficit contritio, cum propoſito confitendi tempore debito ſecundum formam

Eccleſiæ;

Eccleſiæ: quod non ſic dicendum eſt quando Bulla dicit & requirit Communionem ſicut hodie ſeruatur. ex Panormitano, & alijs.

12 Recordare etiam, quod vnus pro alio poteſt accipere Indulgentiam, ſi ambo ſint in charitate, & in Bulla dicatur, quod qui facit tale opus pro aliquo habeat Indulgentiam. Poteſt etiam quis accipere Indulgentiam pro mortuis exiſtentibus in Purgatorio, ſi Bulla hoc contineat; etiam ſi accipiens non ſit in gratia, ſecundum Toletum, poſt Gabrielem in ſumma libr. 6. c. 26. nume. 5. Et ſic per modum ſuffragij, nempe concedere vt viuens faciat aliquid pro mortuo. Similiter etiam, & Religioſis poſſunt valere Indulgentiæ, dummodo faciant ea, quæ dicit Indulgentia; quia non ſunt minus adiuuabiles meritis aliorum, quàm ſeculares. ex S. Thom. 4. diſ. 20.

13 Neque Epiſcopi, neq; alius inferior Papa, poteſt concedere Indulgẽtias pro defunctis. Nauar. Notab. 22. n. 4.

14 Indulgentia non perit morte concedentis, nec ante notitiam reuocationis. Idem.

15 Indulgentia Iubilæi introducta fuit ad hoc, vt fideles ex toto orbe Romam inuiſerent: & in anno ipſo Iubilæi quinq; ſuſpenduntur; nempe Indulgentiæ, commutatio votorum, diſpenſatio eorumdem, poteſtas componendi ſuper malè ablatis, & incertis, vel ea certo modo remittendi, & poteſtas deputandi Confeſſarios. Nauar. notab. 28. de Indulgen.

16 Reſeruatum crimen patrans ſpe Iubilei, poteſt per Iubileum abſolui. Nauar.

17 Aſolutus à reſeruatis per Iubileum, ſi negligat facere alia ad Indulgentias aſſequendas neceſſaria, abſolutus eſt. Emanuel Sà poſt Bellarminium.

Differentia quæ eſt, inter ipſam, & ſuffragia vide infra de ſuffragijs. num. 101.

De Abſolutione. Caput VII.

1 ABſolutio eſt ſententia definitiua, abſoluẽs reum, data à Iudice commiſſario ſcilicet Sacerdote Scotus.

Vel eſt vinculi ruptio, vel remotio impedimenti. Armilla.

2 Abſolutio Sacramentalis eſt de neceſſitate ſalutis illi, qui in peccatum mortale cecidit; quia per hoc Sacramẽtum fit particeps paſſionis Chriſti, cuius virtute omne peccatum dimittitur; & in articulo neceſſitatis ſufficit abſolutio in voto. S. Thomas. in 4. ſen.

3 Forma abſolutionis eſt: Ego te abſoluo; reliqua autẽ, quæ præmittuntur, & quæ ſubſequuntur, ſunt ſolum de benè eſſe, & de conſuetudine: imò ſi quis etiam omitteret, Ego: vel diceret, Nos abſoluimus vos, teneret abſolutio, Licet peccaret faciens.

4 Nota etiam ſecundum Sotum in 4. diſt. 22. q. 1. artic. 1. quod in aliqua repentina neceſſitate, ſi quis intenderet abſoluere à Cenſuris, & peccatis: erit valida abſolutio, licet tantum dicat. Abſoluo, ſine aliquo alio verbo, ſed tantum cum intentione ab omnibus abſoluendi. Forma autem integralis ſeruanda in abſolutione ponetur in fine huius libelli. Quomodo autem quilibet Sacerdos poſſit abſoluere in neceſſitate. Vide ſupra. cap. 4. num. 24.

5 Abſolutio eſt deneganda cofitenti in quinque caſibus & Primò, non dolenti de præterito. Secundò non habenti propoſitum abſtinendi de futuro. Tertiò non habenti propoſitum ſatisfaciendi; puta non reſtituendi; & non volenti relinquere expreſſam occaſionem peccati, ſaltem propinquam: vt dictum eſt ſupra de ſatisfactione: ac etiam volenti non relinquere concubinam, & huiuſmodi. Quartò, nolenti habere voluntatem faciendi pœnitentiam in hoc Mundo, vel in Purgatorio: vt dictum eſt ſupra de ſatisfactione. & Quintò excommunicato. Prius enim debet præcedere abſolutio ab excommunicatione, etiam minori, quàm abſolutio à peccatis.

6 Sed videtur contra quod à peccatis: quia nemo incurrit in excommunicationem, niſi per peccatum mortale, igitur prius eſt remouendum peccatum, tamquam cauſa, & culpa quæ eſt grauior pœna, ſiue excommunicatio-

catione. Reſpond. ſecundum communem opinionem vt ſupra, quod ſemper debet præcedere abſolutio ab excommunicatione; quamuis aliqui teneant contrarium, & non ſimpliciter, ſed cum aliqubus limitationibus. Ad obiectionem dico; peccatum non impedire ita abſolutionem, ſicut excommunicatio; quia habens peccatum, & Attritionem poteſt recipere abſolutionem à peccatis; excommunicatus autem non, quia eſt priuatus participatione Sacramentorum, quantumcumque ſit Attritus, propter malignitatem excommunicationis. Adde quod in excommunicatione non quis incidit ſolum propter peccatum mortale, vt arguebatur, ſed etiam requiritur contumacia: ex S. Thom. virtualiter in Additio ad 3.p.q.24.art.1.

7 Nota quod quando caſus reſeruati non habent annexam excommunicationem, non impediunt abſolutionem à cœteris peccatis, ideò poteſt Confeſſarius prius mittere pœnitenté ad eum, cui caſus eſt reſeruatus: vel poteſt abſoluere ab ijs, quorum habet auctoritatem, & poſtea mittere pœnitentem pro abſolutione à caſu reſeruato. Aduertendum tamen eſt, quod ſi prius confitetur reſeruata tantum ſuperiori, & pro reliquis ſuperior mittit pœnitentem ad inferiorem, debet omnia non reſeruata, & reſeruata confiteri inferiori: ſed ſi prius confitetur inferiori, tunc Confeſſarius debet audire omnia, & reſeruata, & non reſeruata, & abſoluere à quibus poteſt; & pro reſeruatis mittere pœnitentem ad ſuperiorem. Et quamuis concurrant duæ abſolutiones materialiter, tamen eſt tantum vna formaliter, quæ perficit vnũ Sacramentum tantum. Armilla.

8 Nota quod ſi ſuperior eſt abſens, vel ita diſtans, vt non ſine magno periculo, vel per pœnitentem, vel per Paſtorem, ſiue per ſeipſos, ſiue per nuncios, aut literas adiri poſſit, & communio Paſchalis inſtat: vel pœnitens ipſe eſt Paſtor, & illi celebrare incumbit; Hoc caſu Pœnitens confiteatur inferiori omnia, & ſingula peccata non reſeruata, & reſeruata: Inferior verò non abſoluat niſi à non reſeruatis. Interim

pœnitens

pœnitẽs communicet, & poſtmodum opportunitate habita, ſuperiori integrè confiteatur, vel ab illo facultatem petat, qua ab inferiori etiam à reſeruatis abſolui poſſit. Ex Chape à Villa de Caſibus reſeruatis.

9 Abſolutio facta ſub conditione de futuro, non tenet; vt putà, ſi ſolueris decem; quia talis nõ eſt ſimpliciter abſolutus; ſecùs de præterito; quia non eſt propriè conditio, nec debet fieri ſub conditione de præſenti; vt dicendo, ſi promittis reſtituere, vel ſuperiori te præſentare, Ego te abſoluo. Facta tamen, ex tante conditione, tenet. Si tamen dubitat de abſolutione, poteſt abſoluere hoc modo, ſi non es abſolutus, Ego te abſoluo; ſicut de Baptizãte. Quod ſi reiteret abſolutionem, niſi hoc modo, peccat, iniuriam faciẽs Sacramento. Nec poteſt quis abſolui ſub ratihabitione, quia res pendet, licèt voce fiat; poteſt enim irritari. Conſtat enim non eſſe in poteſtate abſoluentis conferre nunc Sacramentum, & ſuſpendere effectum illius in tempus futuræ ratificationis. Armilla verbo. Abſolutio.

10 Abſoluere omnes, omnis Sacerdos iure Diuino poteſt; quia in ſua ordinatione illam accepit iuriſdictionem, ſaltem in habitu; licèt Iure humano dempta ſit illius exequutio, donec aſſequatur eam, vel ratione tituli, vel de alia licentia. Nauar. in Man. c. 27. num. 260.

11 Notandum eſt etiam, quod in abſolutione non eſt dicendum, Contritis, nec addere oblitis: & ratio eſt, quia antequam Confeſſor proferat, contritis, iam pœnitens eſt abſolutus, niſi ſpecialiter Confeſſarius intenderet nullatenus abſoluere, niſi haberet contritionem ante abſolutionem; & tunc multos confitentes damnaret pro eo, quod multi non habent contritionem ante abſolutionem; ſed ſufficit quod deteſtentur peccatum, & in abſolutione infunditur gratia. Nec eſt bonum dicere, oblitis, quia illa ſi iterum occurrant memoriæ, tenetur confiteri; illa autem, de quibus eſt abſolutus non tenetur. Nauar. poſt Roſ. Theolog. in 4. verb. abſolutio 2.

12 Nota quod iuramentum, vel promiſſionẽ, propter periculum periurij, non debet exigere Confeſſarius à pœnitente,

nitente, de abſtinendo in futurum ab aliquo peccato; vel de faciendo quod ſibi iniunget; ſed ſufficit bonum propoſitum pœnitentis, niſi in caſibus expreſsis à Iure, qui caſus ſunt quatuor, vt notat S. Bonauentura in ſuo Confeſſionali: Et primus eſt, quando quis eſt excommunicatus pro enormi crimine, & veniam poſtulat. 9. q. vltima Canone, Cum aliquis. Secundus ab Hæretico reuertente, requiritur iuramentum. 1. q. 7. Can. Quoties. Tertius ab incendiario. vt 23. q. vltima Can. Peſſimam. & Quartus, in quolibet horrendo crimine iurabit pœnitens, ſe nunquam ſimile commiſſurum. 9. q. 2. Can. De viro. Nó tamen id faciendum eſt de quolibet mortali, cum periculum timetur periurij. argum. extra. de cohabit. Cleric. & mulier. Can. Clericos.

13 Qui confitetur, & ſolum habet peccatum veniale, non eſt dimittendus à Confeſſario abſque abſolutione, & ſi ſit ſine peccato graui: & ratio poteſt eſſe; quia peccata venialia ſunt materia ſufficiens ad Sacramentum pœnitentiæ. at quotieſcunq; pœnitens accedit ad Confeſſarium pro præfato Sacramento habendo, Confeſſarius tenetur illi dare, quæ pœnitens prætendit habere, nempe Sacramentum pœnitentiæ: & ſi nó facit, Confeſſarius defraudat pœnitentem, contra Iuſtitiam, non conferendo Sacramentum, quod ſine abſolutione non perficitur, quæ eſt pars eſſentialis Sacramenti; ac etiam priuat eum augmento gratiæ, & fortè remiſſione alicuius peccati obliti; & ſic demum committit Sacrilegium, ſic tractando & ſimulando Sacramentum.

Notula de Caſibus Reſeruatis.

14 Caſus propriè videtur deſcendere à Cado, & ſignificat ruinam; at in propoſito noſtro demonſtrat peccatũ per quod quis cadit à rectitudine virtutis. Dicimus ergo, quod caſus eſt duplex, alter quidem reſeruatus, cuius abſolutio adimitur alicui Inferiori: & ſi eſt Papalis adimitur Epiſcopis, & Parochis; ſi Epiſcopalis, adimitur Parochis tantum. Alter non reſeruatus, ſed omnibus licentiam audiendi Confeſſiones habẽtibus cóceſſus. Et dici-

tur

tur reſeruatus ille, cum tollitur facultas abſoluendi ab eo, qui illam habebat: & reſeruare, non eſt non concedere poteſtatem abſoluendi, ſed, vt diximus, minuere poteſtatem. Nauar. c. 27.

15 Caſus nullus eſt Papæ reſeruatus, ſine cenſura: qua ſublata, ceſſat & reſeruatio; ſicut in Epiſcopali; quare omnis Parochus tunc poteſt ab illo abſoluere. Caieta. in ſum. Verb. Caſus.

16 Cõfeſſarius, qui habet caſus ſuo Epiſcopo reſeruatos, poteſt abſoluere ab eiſdem caſibus in ſua diœceſi pœnitentem alterius diœceſis. Nauar.

17 Qui confitetur habenti auctoritatem abſoluendi ab aliqua excommunicatione, & peccato reſeruato, & obliuiſcitur illius peccati, vel excommunicationis, & tamen abſoluitur in communi ab omni excommunicatione, & peccato in quantum poteſt, eſt verè abſolutus ab excommunicatione, & deſinit peccatum eſſe reſeruatum, nec habet excommunicationem adiunctam: Vnde ſi deinde recordetur ſatis eſt confiteri peccatum, quod recordatur ſimplici Sacerdoti, etiam non habenti poteſtatem, ſed reſeruata, vel excommunicationem. Hinc laudatur in Iubileis, & reſtitutionibus abſolui in communi, ab omni vinculo, etiam ſi non recordetur. Nauar. c. 25.

18 A reſeruatis facta abſolutio, virtute Iubilei per confeſſarium eadem virtute electum, valet; licet reliqua ad Iubileum acquirendum non fiant: modo pœnitens verũ haberet propoſitum, quando confitebatur, indulgentiã acquirendi: alioquin confeſſio non fuiſſet integra, neque per cõſequẽs abſolutio valida. Miſcel. 59. de orat. n. 130.

19 Infirmus petens confeſſarium, quo veniente, amittit loquelam, vel fit phreneticus, debet abſolui à cenſuris, & à peccatis. ex Toleto, & ex Candelabro, contra Sotum, & Nauar.

20 Mendicantes nequeunt abſoluere à Caſibus Epiſcopo reſeruatis, etiam ſi in vrbe confeſſiones audiunt, niſi ſpecialem facultatem habeant. Nauar. in conſ. 14. de Pœn. & remiſſ. p. 2. lib. 5.

21 Quando Papa concedit omnes caſus Papales, tunc caſus

ſus extenditur ad cenſuras, quia nullum peccatum eſt adeò graue, quod Papæ reſeruetur niſi ratione cenſuræ: non tamen idem eſt de cenſuris Epiſcopo reſeruatis, quæ non veniunt ſub nomine caſus. Armilla. verbo, Caſus.

De Clauibus Eccleſiæ. Cap. VIII.

1 CLauis Eccleſiæ (ſecundum Sanctum Hieronymum ſuper Matthæum cap. 26. vt refert Magiſter Sen. in 4. diſ. 18.) Eſt poteſtas ligandi, atque ſoluendi, qua Eccleſiaſticus Iudex dignos recipere, & indignos excludere debet à regno Cœlorum. Et dicitur ad ſimilitudinem clauis materialis, qua clauditur, & aperitur: & qua data, videtur dari poſſeſſio omnium, quæ ſub illa ſunt. Can. Ex literis. de conſuetud.

2 Clauis Ordinis eſt duplex, ſcilicet ſciétiæ, cuius actus eſt diſcernere; & hæc eſt prima; Secunda dicitur clauis potentiæ cuius eſt determinare cauſſam ligando, vel abſoluendo. Clauem igitur Ordinis quilibet Sacerdos habet, non autem Iuriſdictionis: Et quamuis ſint duæ Claues in effectibus, eſt tamen vna in radice, ſicut in Sole potentia liquefaciendi, & indurandi eſt vna in radice, & duæ (vt dictum eſt) in effectibus. Aſtenſis in ſumma.

3 Sacerdos dicitur ligare, & ſoluere (ſecundum Richar. in 4. diſt. 18.) vno modo iudicando ſcilicet, cum examinatione hominis conſcientiæ, iudicat Cœlum ei clauſum, vel apertum: alio modo aperit relaxando aliquam partem pœnæ peccato debitam, & claudit pœnitentem aliqua pœna ſenſus ligando, quã explere oportet, vel hic, vel in Purgatorio, antequam ingrediatur Cœlum. Tertiò modo, claudit, & aperit excommunicando, ſed hoc reſpicit forum contentioſum potius quàm pœnitentiæ.

4 Clauis poteſtas data fuit ſolis Sacerdotibus à Domino vbi ait: Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c. Nec obſtat, quod ſoli Petro dictum eſt;

Tibi dabo claues Regni Cœlorum. Matth. 16. quia illud fecit Dominus ad demonſtrandum Eccleſiæ vnitatem, vt omnes à Petro, & ſucceſſoribus ſuis, acciperent ſuæ poteſtatis originē. 24. q. 1. Can. Quicunq; & Can. Loquitur.

5 Sacerdos non poteſt exercere vſum Clauium in quolibet homine; quia actio non tantum requirit potentiam à qua fit, ſed ſubiectum debitum in quo recipiatur. Materia autem debita ſunt perſonæ, ſuper quas habens claues habet Iuriſdictionem: & ideò non omnis Sacerdos habet Iuriſdictionem ſuper quemlibet, niſi ſecundum ordinationem Vicarij Chriſti: & propterea non omnis Sacerdos poteſt exercere vſum clauium; ſed ſolum ſecundum eum modum, quem Eccleſia ſtatuit. Ob hoc quidam priuantur vſu poteſtatis, ſicut excommunicati, & Hæretici; quidam materiæ, ſicut illi, qui non habent populum. Angelica poſt ſuum Richardum.

6 Sanctus Antoninus. 3. p. tit. 17. c. 11. præſuponit pro re certa, (vt refert Nauar. in Man. c. 27. nu. 259.) Sacerdotibus datam eſſe plenariam poteſtatē à Chriſto, abſoluendi: & Sacerdotem poſſe diuino iure omnia, quæ pertinēt ad forum pœnitentialem; præter ea, quæ Iure humano fuerint ei adempta.

7 Clauis ſcientiæ, & poteſtatis, diſtinguitur à Charactere Sacerdotali; qui eſt poteſtas conficiendi Corpus Chriſti, & Sanguinem; ſecundum Scotum. 4. diſ. 19. Nam Chriſtus Apoſtolis ipſis poteſtatem ſuper Corpus ſuum verum in cœna contulit. Alteram poteſtatem, nempe ſuper Corpus ſuum myſticum, veſperi Reſurrectionis. Epiſcopus quoque ſucceſſiuè eiſdem in ordinatione confert. Quamobrem, & diſtinguitur à priori poteſtate, & ab inuicem, & poſſunt diuerſi characteres dici. Concordat, in parte. S. Thom. in ſuplem. 3. p. q. 37. ar. 5. ad 2.

8 Nota quod abſolutio data ſup̄ caſus reſeruatos à nō habentibus auctoritatem, eſt nulla. Vnde non valet argumentum de cœteris Sacramentis, quæ valent, & tenent, ſi conferantur contra prohibitionem; quia hic in abſolutione de neceſſitate requiritur vſus Iuriſdictionis, quod non ſic eſt in alijs Sacramentis. Scotus in 4. diſ. 19. ar. 4.

9 Epiſcopus non habet aliquam nouam Clauem præter Claues præſbyteri: ideo quia dignitas Epiſcopalis non dicit nouum ordinem, ſed quandam eminentiam ordinis; & ideo non datur in illa noua Clauis, ſed ampliatur poteſtas iuriſdictionis ad corripiendum: In cuius ſignum traditur ſibi Baculus Paſtoralis. S.Bon. in 4. diſ. 24. p.2. art. 2. q.3.

10 Sacerdoti non licet vti his Clauibus pro libito ſuæ voluntatis; Secũdum Richar. in 4. diſ. 18. ar. 1. q. 4. quia ſicut Miniſter, & inſtrumentum non habent efficaciam in agendo; niſi ſecundum quod mouentur, à principali agente: Sic Sacerdos, cum operatur per iſtas Claues inſtrumentaliter, ſi vtitur iſtis Clauibus ſecundum proprium arbitrium, dimittens rectitudinem diuinæ motionis, peccat.

De Excommunicatione, & Cenſuris.
Cap. IX.

1 EXcommunicatio dicitur quaſi à communi bono ſeparatio.

2 Excommunicatio maior eſt cenſura à Canone, vel Iudice Eccleſiaſtico prolata, priuans à communione hominum, & Sacramentorum. Panormit.

3 Excommunicatio minor eſt cenſura à Canone prolata priuans à Communione Sacramẽtorum. Lexicõ Theologiæ. Vel ſecundum Sotum, excommunicatio in communi tàm maior, quàm minor ſic deſcribitur: Eſt eccleſiaſtica cenſura, qua homo ab aliqua Eccleſiæ communione ſeparatur.

4 Item ſecundum Nauarrum; Excommunicatio eſt cenſura, priuans Communione, vel Sacramẽtorum tantum, vel Sacramentorum, & hominum.

5 Item ſecundum Toletum; Excommunicatio eſt Eccleſiaſtica cenſura, qua homo chriſtianus bonis fidelium communibus priuatur.

6 Nota quod excommunicatio maior priuat à Communione Sacramentorũ actiuè, & paſſiuè: at minor tãtũmodo paſſiuè.

7 Differentia eſt inter excommunicationem maiorem, & anathema, quia excommunicatio ſimpliciter profertur,& ſine ſolemnitate; & anathema cũ maxima ſolemnitate:& anathema interpretatur ſuprema maledictio; & eſt etiã æternæ mortis damnatio. 11.q.7.c.Nemo Epiſcoporum.

8 Tria ſunt fidelium communia bona, quibus per Eccleſiæ poteſtatem. Chriſtianus priuari poteſt. Primum eſt iſta exterior conuerſatio, quæ in mutuo colloquio, & conuictu conſiſtit. Secundum eſt ſacramentorum participatio; Omnes enim fideles communẽ habent vſum,& fructum ſacramentorum. Tertium eſt, Orationes, & ſuffragia Eccleſiæ; nam Eccleſia pro omnibus fidelibus communes fundit præces, & ſacrificia offert. Cum ergo fidelis aliquis inobediens eſt Eccleſiæ, in eius correctionem, ſolet ipſa hanc pœnam infligere, putà eum ad tempus, donec corrigatur, aliquo horum, aut omnibus ſimul priuare bonis,& ſic confundatur,& reſipiſcat. Hæc Cardinal. Toletus libr. 1.

9 Excommunicatio minor priuat tantum, vt dixi ſupra, non à communibus Eccleſiæ ſuffragijs, neque à legitimis actibus humanis in Eccleſia, ſiue extra, ſiuè in publicis, ſiuè priuatis; ſed dumtaxat à legitima perceptione Sacramentorum. c. Si celebrat. de Cle. excommun. ex lexic.

10 Excommunicatio, ſecundum ſe, non eſt nociua excommunicato, licet ſit grauiſſima pœna, quam Eccleſia poteſt inferre: vt dicitur 24. q. 3. Corripiantur. Nec Eccleſiã damnificat excommunicando, ſed ille qui peccat,& contumax eſt, ſe ipſum damnificat; & Eccleſia oſtendit hominem damnificatum. Nec Eccleſia priuat hominem gratia Dei, vt dixit Magiſter Sen. in 4. diſt. 18. Sed ſolum oſtendit hominem iam fuiſſe priuatum per peccatum mortale. ex Sanct. Bon. in 4. diſt. 18.

11 Quicunq; eſt in peccato mortali, non eſt excommunicatus excommunicatione minori; & ratio eſt quia excommunicatio minor tollitur per abſolutionem Sacramentalem,& non indiget contritione: at verò ad remiſ-

ſionem

ſionem mortalis vtrumque deſideratur. Et hoc eſt contra Gabrielem,qui contra tenuit in 4. diſt. 18. Frater Ioſephin flor.libr. 4.

12 Nota etiam ex Toleto lib.1.c. 5. num. 5. quod excommunicatio non eſt malum culpæ aliquod, ſed ſolum pœna inflicta pro culpa: vnde maius malum eſt vnum veniale peccatum quàm ipſa excommunicatio, ſi ſola per ſe conſideretur; quamuis quoad effectus ſit maius malũ, quia maioribus priuat bonis.

13 Excommunicatio ortum habuit,ab exemplo.D. Pauli qui Corinthium abſentem tradidit Sathanæ in interitũ carnis,vt ſaluus fieret Spiritus eius in die Domini. 1. ad Corinthi.c.5.Hanc poteſtatem dedit Chriſtus,Matth.18. Dum dixit Petro vice omnium;Si peccauerit in te Frater tuus,vade, & corripe eum , &c. & ſequitur Quod ſi non audierit,ſit tibi tanquam Ethnicus,& publicanus.Scrut. Sacer.

14 Notandum eſt pro regula, quod non incurritur in maiori excommunicatione à Iure generaliter,vel Iudice niſi propter peccatum mortale;ſed in minori vt plurimum pro veniali.omnes Doctores.

15 Excommunicatio iterum eſt duplex, videlicet à Iure, & ab homine: A Iure ſunt illæ, quæ ſunt regiſtratæ in corpore Iuris,nempe Decreto,Decretalibus,Sexto,Clementina,& Extrauagantibus,Concilio Tridentino, & alijs quaſi infinitis Bullis. A Iudice ſunt illæ,quas ferunt Iudices.Primæ autem ſunt perpetuæ;Secundæ verò obligant ſolum viuente Iudice,quo moriente,vel exeunte ab Officio ſpirant;niſi ſint confirmatæ per aliquod ſtatutũ, quia eſſent perpetuæ. Si quis tamen interim illis fuerit irretitus,indiget abſolutione.omnes Doct.

16 De numero excommunicationum à Iure communi,& ab Extrauagantibus,videas,ſi placet, Angelicam, Caietanum, Nauarrum, & Cathacheſim diœceſis Næapolitanæ.

17 Cũ dicitur,ſit excõmunicatus,aut excommunico, aut ſub pœna excõicationis latæ ſẽtẽtiæ,ſignificat ipſo facto

 ſi res

ſi res prohibita fiat: ſecus eſt ſi dicatur, ſub excommunicationis, vel anathematis, pœna, vel interminatione. Emanuel Sà, in Aphoriſmis.

18 De excommunicatione minori, vltra ea, quæ dicta ſupra, dico quod exiſtens in tali excommunicatione poteſt abſoluere ab excommunicatione, non autem à peccatis; quia priuat (vt dixi) à participatione Sacramentorum, non autem ab vſu Iuriſdictionis. Vnde ſi eſſent duo excommunicati excommunicatione minori, & vellent inuicem confiteri; vnus poteſt alterum abſoluere ab excõmunicatione; & abſolutus alterum poteſt abſoluere ab excommunicatione, & à peccatis; & poſtmodum facere ſe abſolui à peccatis. Hæc ex Syluestrina ver. Excõmunicatio.4.& Armilla 20. Toletus autem dicit aliter, nempe, quod Sacerdos recipiendo Sacramenta peccat mortaliter, at conferendo illa tantum peccat venialiter: quod probat ex Canone, Si celebrat. vbi dicitur, quod peccat grauiter, ideſt, mortaliter recipiendo, Sed conferendo tãtum peccare, quod ipſe intelligit de veniali. Et præfatus Canon habetur de Clerico excom. miniſtrante. Vide ergo Toletum ſi placet in ſua ſum. lib. 1. c. 18. qui allegat Maiorem, Adrianum, & Paludanum, & Sotus omnia confirmat in 4. diſ. 22. q. 2. ar. 3.

19 Papa, & alij Prælati, vt Epiſcopi, Abbates, Præpoſiti, Priores Eccleſiarum Collegiatarum, tum Regularium, tũ Secularium, etiam non benedicti, modo ſint confirmati, vel prouiſi, poſſunt excommunicare ſuos ſubditos. Item, & alij ex conſuetudine præſcripta poſſunt. Intellige hoc tamen in collegiatis de Iure communi. Item Capitulum, ſede vacante. Item Archiepiſcopus, Epiſcopus, Delegatus Papæ, & prædictorum, eos in quos habent Ius delegatum poſſunt excommunicare. Nauar. in Man.

20 Nemo, ſecundum Nauarrum vbi ſupra, poteſt excommunicari, niſi Homo, Baptizatus, mortalis, habens ſuperiorem. Et ſic non poſſunt excommunicari, Diabolus, Anima ſeparata à corpore, Collegiũ, aut Vniuerſitas, quæ non ſunt homines: Neque Iudæus, vel Ethnicus, qui non ſunt baptizati; etiam ſi ſunt chatecumeni, hoc eſt conuerſi, nun-

ſi,nondum baptizati: Neque reſuſcitatus de nouo non moriturus; Nec Papa,qui nulli homini ſubijcitur.Quare ſuperſtitionis eſt credere, quod poſſunt excommunicari Locuſta,Bruchus,aut aliud genus vermium, & animaliũ irrationalium:quamquam religioſè vti poſſimus contra ea,aqua benedicta,præcibus,& adiurationibus ſanctis. Hæc ille.cap.27.num.13.

21 Nota quod non tantum requiritur peccatum mortale ad excommunicationem maiorem incurrendam,& ferendam;ſed etiam inobedientia,& contumacia.Vnde ſi feratur ſine inobedientia,& contumacia irrita eſt,ſecundum Iura,& doctores. Hinc colligitur nullum poſſe pro peccato præterito excommunicari, cum nulla præceſſerit admonitio: vnde vt excommunicatio à Iudice ſit valida, neceſſe eſt,vt præcedat aliqua monitio, alias nõ erit cõtumacia. Et ſic, excommunicandus, Primò, debet moneri tribus monitionibus, vel ſaltem vna pro tribus. Secundò,debet ſubeſſe cauſſa iuſta. Tertiò,bonus animus Iudicis. Quartò, verba congrua: Quintò, quod profeſatur in ſcriptis. & Sextò,quod exemplum ſcripturæ, ſi requiratur, detur infra menſem. Ex Angelica,& Caiet. mixtim.

22 Rurſus nota, quod quando in Decretis Conciliorum, & Pontificum,ponitur excommunicatio, nõ eſt neceſſaria admonitio, quia ipſa lex, & Canon eſt admonitio. Communis omnium.

23 Excommunicatio adhuc eſt triplex, videlicet, Iuſta, Iniuſta valida,& Iniuſta inualida,ideſt nulla.

24 Ad iuſtam excommunicationem multa requiruntur, vt dictũ eſt ſupra.n.20.& 21.Excommunicatio iniuſta valida eſt,quando deficiunt hæc, quod fit contra Ius ſcriptum; & de iſta intelligitur illud D.Gregorij XI.q.3.Can. Sententia.Sententia paſtoris,ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit, timenda eſt. Excommunicatio inualida, ideſt quæ nulla eſt,multis modis dicitur:& Primo,ex parte excommunicantis, quando nempe non eſt proprius Iudex, vel quia eſt excommunicatus publicè. Secundò, ex parte excommunicati, quando eſt contra tenorem ſui Priuilegij. Ter-

tiò, ex parte excommunicationis,& eſt quando excommunicatio continet errorem intollerabilem, vt peccatū mortale. Quartò, quando prætermittitur ordo Iuris neceſſarius; putà Iudex excommunicat eos, qui participauerunt, cum excommunicato ab eo, antequam de hoc monuerit eos, tunc nō ligat. de ſen. excommuni. in Sexto, Can. Conſtitutionem. Quintò quando Iudex præcipit dēbitori, vt ſoluat centum creditori, ſub pœna excommunicationis, ipſo facto hinc ad Paſcha; & creditor prorogat terminum. In his igitur, & ſimilibus excommunicatio eſt nulla, & per conſequens non timenda: Angelica ſupra eadem c. 3.

Tenè menti, quod quis tenetur vitare excommunicatos tantum in iſtis caſibus notatis hoc verſiculo.

Os, Orare, Vale, Communio, Menſa negatur.

25 OS: Scilicet ne oſculum detur. ORARE, ne cum excommunicatis Oremus. VALE, ne ſalutentur. COMMVNIO, ne in Sacramentis cum ipſis aliquis communicet, vel ſecundum Hoſtienſem COMMVNIO, ideſt commune colloquium. MENSA negatur, ne aliquis cum eius comedat. Aſtenſ. in ſumm. lib. 7. art. 1.

26 Nota etiam, quod quis non tenetur vitare excommunicatos in caſibus immediate ſupra poſitis ſemper, ſed ſolum in duobus caſibus. Primus eſt, quando quis participat cum excommunicato nominatim publico à Iudice. Secundus eſt, quando quis participat cum excommunicato ex manifeſta manuum iniectione in perſonam Eccleſiaſticam; ita quod non poſſit aliqua tergiuerſatione celari. Candelabrum poſt conſtitutionem, Ad euitandum ſcandala. Concil. Conſtantienſis.

27 Adhuc nota, quod qui participat cum excommunicato, etiam in caſibus ſupra poſitis, in caſibus notatis per hunc verſum non peccat.

Vtile, Lex, Humile, Res ignorata, Neceſſe,

VTILE, ideſt meæ, vel ſuæ vtilitis cauſſa. LEX, ideſt

ideſt Matrimonij; vxor enim poteſt participare, cū marito excommunicato, ſed non è conuerſo: HVMILE, ideſt ſubditi cum ſuperioribus vt filius poteſt participare cum patre excommunicato, & ſeruus cum Domino, ſed non è conuerſo. RES IGNORATA, ideſt ignorantia facti. NECESSE, ideſt meæ, vel ſuæ neceſſitatis cauſa. ex Armilla.

18 Recordare etiam, quod non tantum qui non ſunt excommunicati tenentur vitare excommunicatos, ſed etiam excommunicati, tenentur vitare excommunicatos. Angelica.

19 Circa ponentes manus violentas, in perſonas Eccleſiaſticas, ſciendum quod Innocentius huius hominis ſecundus ita dicit, cauſſa. 17. q. 4. Canone. Si quis &c. & ſic exponitur, nempe: Primò per ly. SI QVIS, comprahenditur nedum maſculus homo, ſed etiam fœmina, & hermaphroditus, & qualibet alia perſona Iuuenis, vel ſenis, dummodo poſſit peccare mortaliter. SVADENTE DIABOLO. Sciendum eſt ſecundò, quod iniectio manus debet eſſe illicita, ideſt quod fuerit facta animo iniuriandi, vel offendendi: Et requiritur dolus, videlicet quod fiat doloſè, ita quod actio ſit peccatum mortale: & non ſufficit, niſi etiam fiat ſuadente Diabolo, quamuis rarò percuſſio peccati mortalis fiat ſine perſuaſione Diaboli, & inſtigatione: vt habet Alexand. Halenſis. 2. p. q. 109. arti. 3. membr. 6. & Sanctus Thom. prima. part. q. 114. art. 3. & Sanct. Bonauentura. 2. ſen. diſt. 21. art. 2. q. 2. qui dicunt quod Diabolus eſt cauſſa omnium peccatorum ſaltem indirectè, & conſecutiuè; quamuis non ſemper directè, & immediatè, & quia percuſſio aliquando poteſt eſſe mortalis, & non ex inſtigatione Diaboli proxima, quo ad cenſuram, ea propter tunc quis non eſt excommunicatus, vt eſt videre in illo qui percuſſit Clericum putans fore laycum; & in percutiente Clerico apoſtata, & in alijs; quia in his caſibus quis peccat mortaliter, & quia non ſit ſuadente Diabolo, quò ad cenſuram, & ſic non incidit in excommunicationem. Ex Cardinali Alexandrino eodem titulo

& Nauarro. Cætera verba præfati Canonis patent clarè apud cæteros Summiſtas.

30 Excommunicatus occultus poteſt ad vitandum ſcādalum, vel grauem iacturam, Miſſam audire, & celebrare, nec fiet irregularis. Nauarr. c. 27. nu. 239.

31 Solet in Papæ litteris dari abſolutio; ſaltem ſubintelligitur data, ad conſequendum effectum literarum, nec aliàs ſeruit. vide Nauarrum, conſil. 44. de ſent. excommu.

32 Ab excommunicatione maiori, quæ eſt à Iure poteſt Abſoluere aliquando ſolus Papa, aliquando ſolus Epiſcopus: ſi verò nulli prædictorum, nec alicui alteri ſit reſeruata, ſecundum Doctores, quilibet Sacerdos habēs poteſtatem audiendi Confeſſiones poteſt abſoluere. Illā verò quæ eſt ab homine, ſolus ille qui tulit, vel ipſo ſuperior poteſt abſoluere, communis opinio.

33 Ab excommunicatione minori, poteſt abſoluere, quicunque Sacerdos habet poteſtatem audiendi Confeſſiones.

34 Nota quod duplex eſt abſolutio; Vna, quæ pertinet ad forum pœnitentiale, de qua ſupra, cap. 7. & hæc ſolum ad Sacerdotem pertinet. Alia eſt quæ merè pertinet ad forū contentioſum, & hæc poteſt committi Diacono, & inferioribus Clericis: ita tamen quod abſolutus à talibus, oportet, vt poſtea abſoluatur iterum à Sacerdote ratione mortalis peccati, propter qđ fuit excōmunicatus. Oſualdus. 3. Roſ. Theolog.

Forma ſeruanda circa abſolutionem excommunicationis ponitur in fine. c. 20. huius opuſculi.

35 Effectus maioris excommunicationis ſunt multi videlicet priuatio actiuæ, & paſſiuæ participationis Sacramentorum; bonorum, quæ fiunt in Eccleſia, & Orationū, regni Cœleſtis; & hoc ſi excommunicatio eſt iuſta, vel etiam iniuſta, & malè contemnitur. Excluſio ab actu cuiuſcunq; Ordinis, alioquin exercendo fit irregularis. Priuatio actiuæ, & Paſſiuæ collationis dignitatum, etiam Laycarum, necnō beneficiorum. Excluſio ab ingreſſu Religionis, niſi prius abſoluatur. Priuatio exequutionis quorumcunq; Officiorum. Vti non poteſt Iuriſdictione

quam

quam habet. Priuatur ſpirituali poteſtate; ſuſpenditur ab omni actu legali, vt aduocare, procurare, iudicare, inſtrumenta facere, & ſimilia. Poſtremo caret Eccleſiaſtica ſepultura, & ſi quis per annum perſeueraret, non curando de abſolutione, poſſet procedi contra eum, ſicut contra ſuſpectum de hæreſi. omnes Doctores.

35 Effectus minoris excommunicationis patent vt ſupra in principio huius capitis.

36 Viguerius in ſuis inſtitutionibus de excommunicatione, verſ. 15. dicit quod nonum malum excommunicationis eſt regni Cœlorum, & Paradiſi clauſio: ſic quod excommunicati, quantumcunq; pœniteant, & moriātur in gratia, non poſſunt ad Cœlum volare, nec viſione Beatifica frui, donec fuerint abſoluti: ideò eſt laudibilis conſuetudo in aliquibus diœceſibus, in quibus ad inſtantiam Procuratoris animarum in die Cinerum, ſingulis annis abſoluūtur Defuncti, excommunicati, & ſic peracta purgatione euolant ad Cœlum: verum tamen piè credi poteſt, quod ſi non abſoluantur ab Eccleſia, Chriſtus Dominus, qui eſt pius, & miſericors, non patietur animas illorum vſq; ad Iudicium vniuerſale extra Paradiſum remanere, &c. vt vbi ſupra.

Notula de alijs cenſuris, & Eccleſiaſticis pœnis, ab excommunicatione.

37 Cenſura Eccleſiaſtica eſt correctio Eccleſiaſtica, quatenus per eam corriguntur quædam peccata.

38 Apellatione cenſuræ Eccleſiaſticæ, veniunt tria tantū ſcilicet, excommunicatio, ſuſpenſio, & interdictum. textus eſt in Can. Quærenti. de verborum ſignific.

39 Vnde aberrant, qui dum legunt in Iubileis plenarijs, poſſint abſolui ab omnibus cenſuris, intelligunt etiam ab irregularitate, nam irregularitas non eſt Cenſura, ſed pœna Canonica, nec abſoluitur ſed diſpenſatur.

40 Suſpenſio eſt prohibitio ab aliqua actu aliàs conuenienti, & hoc ad tempus.

41 Triplex eſt ſuſpenſio videlicet officij, & beneficij ſimul, officij tantum, vel partis eius, & beneficij, vel rei pertinentis ad illud tantum: nihilominus tamen ſuſpenſionis ſententia ſimpliciter prolata, intelligitur ab officio tantum ſi à Iure, ab officio autem, & beneficio ſimul, ſi ab homine. Cum autem ſuſpenſio ſit à beneficio requirit Iudicis declarationem: non morabor tamen in recenſendis caſibus eiuſdem, ſed mitto Lectorem ſtudioſum ad Canoniſtas, & Summiſtas.

42 Interdictam eſt cenſura Eccleſiaſtica, in pœnam contumaciæ, vel offenſæ lata, arcens præcipue Populum, ne communicet populo.

43 Interdictum eſt duplex videlicet locale, & perſonale, & quandoque à Iure, quandoq; ab homine: & homines ipſo facto inter dicuntur à Iure.

44 Pœnæ Canonicæ ſunt ſex videlicet: Depoſitio, ſiue Degradatio, Infamia, Irregularitas, Excommunicatio, Interdictum, & Suſpenſio.

45 Pœna Canonica ſic deſcribitur: eſt pœna inflicta per Canones prohibens, vel arcens punitum ab aliquo gradu Eccleſiaſtico, qui aliàs ſibi liceret.

46 Nota quod differunt cenſura, & pœna, quia omnis cenſura eſt pœna, ſed non omnis pœna eſt cenſura.

Degradatio eſt depoſitio totalis à ſtatu Clericali.

47 Infamia eſt læſæ dignitatis qualitas reprobata quantum ad vitã, & mores. Et eſt triplex, ſcilicet facti, Iuris, & Canonica.

Irregularitas, eſt inhabilitas ad exequutionem, & ſuſceptionem actuum Ordinum.

48 Circa irregularitatem eſt ſciendum quod qui incurrit in ipſam ſi poſtea Celebrat, aut facit aliquod pertinens ad officium, à quo eſt per illam impeditus, licet peccet mortaliter, non tamen incurrit nouam irregularitatem, ita Nauar. c. 27. num. 149.

49 Irregularitas nunquam eſt à Iudice, ſed ſolum à Iure: & non eſt de Iure Diuino, ſed ſolum de Iure poſitiuo.

50 Finaliter nota, quod qui incurrit irregularitatem, ob deli-

delictum, poteſt abſolui ab eo remanente irregularitate; & ę contra, poteſt diſpenſari ſuper irregularitate, remanente peccato. Nauar. c. 29. num. 239.

Multa alia eſſent dicenda circa præfatas pœnas, & cenſuras, quæ conſultò ommittimus propter breuitatem ſeruandam.

De Vſura, & Contractibus. Caput X.

1 VSura, ab vſu, ſeu actu vtendi dicta eſt, ſecundum Grammaticos: ſicut, & vſure ab actu radendi: & & ſecundum ethimologiam vocabuli, dicitur quas vſus æris, vel pecuniæ.

2 Vſura ſecundum S. Thom. eſt lucrum accedens ex mutuo, pacto, vel intentione principali;

Vel ſecundum Gabriel. eſt lucrum ex mutuo principaliter intentum.

Item ſecundum Sotum, eſt prætium vſus mutuatæ rei: de Iuſt. & Iur. lib. 6.

Item ſecundum Nauar. eſt lucrum proueniens ex cõtractu mutui.

Item ſecundum Coronam Confeſſorum, eſt lucrum, accedens ex mutuo, & pacto.

Vel intentione principali interueniente, aliàs nõ debitum.

Item ſecundum Toletum vſura eſt lucrum rei peccunia æſtimabilis, ratione mutui principaliter proueniens.

3 Nota, qđ ſicut omne peccatum aliud à peccato vſuræ eſt duplex; Mentale tantũ, qđ eſt voluntas peccãdi abſq; verbo, vel opere: & Mentale, & Reale, quod eſt voluntas peccandi verbo, vel opere ſequuto: ita peccatum vſuræ eſt duplex; Mentale tantum, quod eſt voluntas lucrandi

vſuram opere non ſequuto: & Mentale, ac Reale, quod eſt voluntas eam lucrandi opere ſubſequuto. Et quod vſura mentalis differt à peccato mentali vſuræ; quia non eſt voluntas quærendi lucrum ipſum ex mutuo dato, intẽtione principali quærendi illud ſine vllo pacto expreſſo, vel tacito; de qua intelligendi ſunt diſputantes, An vſura mentalis obliget ad reſtitutionem? de qua infra: Nam de peccato vſuræ mentalis tantum, nulla eſt dubitatio; quia ſicut nullum aliud peccatum, mentale tantũ obligat ad reſtitutionem: ita, & peccatum vſuræ, tantũ mentale. Sed diſputant, An lucrum quæſitum ex mutuo intentione principali ob illud dato, obliget ad illam? ita quod præter peccatum vſuræ mentalis tantum, & vſuræ mentalis, & Realis, eſt vſura mentalis definita ſupra eſſe lucrum, &c. Quæ non dicitur mentalis, quia lucrum non ſit ſequutum, ſed quia ſola intentio mentalis fuit cauſſa principalis quærendi illud. Nauarrus.

4 Vſura eſt duplex, nempe vera, quæ eſt in vero mutuo, de quo infra: & palliata, ſeu velata, vel implicita, & eſt quæ in palliato verſatur. Vnde ſolent Vſurarij velare vſuram ſub aliquo contractu emptionis, & venditionis; & tamen eſt ibi mutuum cum ſpe recipiendi aliquid vltra ſortem: vt cum venditur res ſupra ſummum prætium; quia venditur expectata pecunia: V.G. vlna panni valet triginta ad ſummum: tamen quia vendo eam expectata ſolutione, vendo pro triginta quatuor Iulijs, vſura eſt: nam perinde eſt, ac ſi mutuarem triginta illa, pro triginta quatuor poſt reddendis. Tolet.

Regula Breuis pro vſura agnoſcenda.

5 Nota quod vbicunq; concurrunt iſta tria ſcilicet, mutuum, lucrum principaliter intentum, & pactum, eſt vſura formalis: vbi verò ceſſat pactum, ſed ſunt duo prima, nempe, mutuum, & lucrum ex ipſo mutuo principaliter intentum, eſt vſura mentalis: Vbi autem non eſt mutuum expreſſum, vel tacitum, nullo modo eſt vſura. Similiter

militer vbi deficit in tentio,& adſit pactum,non eſt vſura mentalis,ſiuè quo a d Deum;ſed formal is,ſiuè quo ad Iudicium Eccleſiæ.Si è conuerſo, non adſit peccatum , ſed intentio,non eſt formalis,ſed mentalis.Syleſtrina,vſur.1.

Alia Regula Breuior .

6 Tres conditiones mutuationem vſurarium reddunt; Prima,quod id quod expetitur, ſit prætio æſtimabile:Secunda,vt ratione mutui expetatur, & non quia aliàs debitum,vel alia via:Tertia, vt ducatur in pactum expreſſum, vel tacitum.

Alia Regula Breuiſſima .

7 In vſura hæc ſemper concurrunt de neceſſitate videlicet,Mutuum,Prætium,ſiuè lucrum;Pactum,& intentio principalis.

Vſura propriè,eſt in contractu mutui, quamuis reductiuè poſſit eſſe in alijs contractibus ,

8 Ex mutuo vltra ſortem nihil communiter recipi poteſt,dicente Chriſto Luc.6.Mutuum date,nihil inde ſperantes.Vnde nota,quod mutuum dare,eſt de conſilio,niſi in caſu extremæ neceſſitatis,ſed nihil inde ſperare,eſt præceptum Dei. Et vſura eſt vitium contrarium Iuri naturali;nam eadem res bis, vel id quod non eſt, venditur. Dixi igitur communiter ; quia in quibuſdam caſibus vt ratione intereſſe,aut huiuſmodi; qui in his verſibus continentur, quis recipere poteſt aliquid vltra ſortem. Sequuntur ergo verſus.

9 Feuda,Fideiuſſor,pro Dote,Stipendia Cleri,
Venditio fructus,Cui velles iure nocere ,
Vendens ſub dubio,Pretium poſt tempora ſoluens,
Pœna,nec in fraudem Lex commiſſoria, Gratis,
Dans ſocijs pompa,plus ſorte modi datur illis.

Declaratio præfatorum verſuum .

10 Primò, FEVDA ideſt quando Eccleſia accipit inpignus ſuum feudum. Can. 2.de feudis. Secundò quando

FIDEIVSSOR, ſoluit pro eo, cui fidem dedit, patitur, intereſſe. Tertiò quando GENER, ſuſtinet onera Matrimonij, Can. Salubriter. de vſur. Quartò, quādo CLERICVS, qui accipit in pignus poſſeſſionem ſuæ Eccleſiæ, de vſuris, Can. 1. & 2. quia fortè quod ſuum erat aliter non poterat rehabere. Quintò, quando venduntur fructus ad tempus. Can. in Ciuitate. de vſur. & quando liceat accipere, Conſule Summiſtas. Sextò, quando ad vſuram, HOSTIBVS, à quibus iuxtè poſſumus accipere, quæ poſſidēt; & quando quis vult ſuum habere. Septimò, quando VENDENS, vult ſeruare vſq; ad aliqđ tēpus, in quo veriſimile eſt, quod res eſſet plus valitura, quàm tunc, Octauò quando quis eſt in mora ſolutionis, ſicut diximus de fideiuſſoribus. Nonò, quando accipit ratione, POENAE, Decimò, quando fit contractus de retrouenditione vt infra, Vndecimò, quando GRATIS, datur. Duodecimò, quando datur pecunia ad oſtentationem, & eandem reſtituendum: In prædictis ijs caſibus. xij. Licet accipere aliquid vltra ſortem: Roſel. vſur. 1. num. 18.

11 Nota quod ſecundum alios in ſeptem caſibus accipitur aliquod vltra ſortem ſine vſura. & Primò ex intereſſe. Secundò, ex mora. Tertiò, ex dubio. Quartò ex pœna ſine fraude. Quintò, quando commodatur pecunia ad pompam. Sextò, quando recipiuntur vſuræ ab inimico. Septimò, quando debitor offert aliquid creditori gratis.

12 Vel ſecundum Scotum in 4. diſt. 15. vltra ſortem accipitur aliquid ſine vſura in duobus caſibus; nempe, ex pacto, & ſine pacto. Ex pacto tripliciter videlicet, ratione pœnæ, intereſſe, & dubij. Ex non pacto, quando datur aliquid gratis

13 Circa intereſſe, nota quod eſt extimatio alicuius damni illati, aut vtilitatis non habite, propter alicuius factum iniuſtum, quod fieri non debuit, vel propter ommiſſionem iniuſtā quæ omitti non debuit. Corona Conf.

14 Intereſſe eſt duplex, ſcilicet damni emergentis, & lucri ceſſantis. Lucrum in vſura eſt incrementum pecuniæ, Sors in vſura, eſt capitale, vel eſt res iuſtè poſſeſſa.

15 Intereſſe adhuc eſt triplex, ſcilicet, commune, conuētum,

tum,& ſingulare. Primum, eſt æſtimatio, quæ fit communiter apud omnes, vt debebas dare equum Mercatori, tempore nundinarum, non das, oportet quod ipſe emat cariori pretio, teneris. Secundum, eſt pecunia in conuentione partium promiſſa in defectum conuentionis, non completæ, vt ſi vendis mihi Domum centum aureis, & ſi nō tradas, promittis decē pro intereſſe. Tertiū, eſt quod communiter valet plus vni quam alteri propter affectionem. exēplū in lib. Apoſtillato. ex Coron. Cōſ.

16 Nota exemplum de intereſſe Damni emergentis, ſcilicet, in Domo minante ruinā, & lucri ceſſantis in Mercatore qui ceſſat à lucro.

17 Intereſſe videlicet Damni emergentis adhuc eſt duplex, nempe, in re, & extra rem: vel intrinſecū, & extrinſecum; quod eſt idem: exemplum de primò, vt mutuaſti mihi frumentum vendendum in Paſchate, quod nō reddis; valuit in menſe Auguſti. 10. libris, teneris. exemplū de ſecundo, non tradidiſti fœnum tempore præſtituto, quamobrem equi mei fame mortui ſunt: extra rem eſt, non debetur. Graffius.

18 Intereſſe in tribus caſibus debetur. Primò, quādo debitor fuit in mora. Secundò, quando creditor inuitus per vim, vel per metū dedit. Tertiò, quando à principio ita fuit conuentum inter partes. qui ſupra.

19 Nota q̄d ad hoc q̄d poſſit peti intereſſe in cōſciētia multæ cōditiones requiruntur; & ſunt tres, ex parte dantīs mutuum, Prima eſt vt verè corā Deo habeat pecuniā illā expoſitā negotiationi. Secunda, eſt, vt ipſe creditor mallet pecuniā ſuā negotiationibus occupare, quā mutuare cū intereſſe. tertia, vt faciat pactū ſine ſcādalo puſillorū. Ex parte accipiētis mutuū duplex cōditio requiritur.

20 Prima vt debitor ſit admonitus de intereſſe, tā Damni emergentis, quàm lucri ceſſantis, ſiuè certi, ſiuè incerti, & ita monitus velit accipere, cū illo onere. Secunda, vt mutuū accipiens, nō ſit in extrema neceſſitate, vel quaſi ita vt ſit præceptum mutuo dare, & non conſilium, aliàs exigi non poterit, nec etiam de eo paciſci.

Ex parte lucri ceſſantis hæ conditiones requiruntur.

21 Prima, vt danti mutuum, lucrum verè, & non fictè eſſet. Secunda, vt lucrum ſit iuſtum. Tertia, vt intereſſe ſit intrinſecum, & non extrinſecum. Quarta, vt intereſſe lucri ceſſantis æſtimetur arbitrio boni viri, non in re, ſed in ſpe. Graffius.

22 Circa vſuram nota duas regulas. Prima, commutans, non commutet, vel vendat tempus quia non eſt ſuum. Secunda eſt, quod non ponat ſe in tuto de lucrando, & illum cum quo contrahit de damno.

23 Ex iſtis regulis apparent multi caſus in ſpeciali verbi gratia, dicatur feſtum Natiuitatis Domini, A. & feſtum Beati Ioannis Baptiſtæ, B. iſte commutans tradit rem ſuam alteri in A. aut igitur eam tunc vēditurus erat, aut non, ſed in B. Si ſic, vel determinauit pretium ſecundum, quod currit tempus pro, A, & facit miſericordiam expectando, ſcilicet ſolutionem eius vſque in B. Aut determinat precium magis, quam ſit iuſtum pro A. & tunc eſt vſurarius, quia vendit tempus contra primam regulam, extra de vſuris, Can. Conſuluit.

24 Si autem modo non eſſet venditurus, ſed alias videret, quod ſecundum tempus plus lucrari poſſet: aut igitur nunc ponit certum pretium, aut non, ſed dimittit certitudinem pretij, pendere ex aliquo futuro. Si primo modo ſic ponit pretium, ſecundum quod res non valet, tunc facit magnam miſericordiam proximo. Si verò maius quam nunc valet, non tamen ita immoderatū, qui tempore ſolutionis veriſimiliter quandoque plus, quandoque minus valeat res vendita, ratione dubij excuſatur. de vſur. Can. Nauigāti. §. Ratione. Si autem determinationē pretij relinquat ex valore futuro illius rei, aut igitur pro tempore determinato illius ſolutionis, in quo conſueuit res realiter plus valere, quàm quando dat rē ſuē, & tunc miſericordiam facit, puta, dicendo, concedo tibi iſtud pro tanto pretio, pro quanto valebit in B. Si autem velit pretium ponere pro tempore indeterminato, hoc modo: Volo quod inde tantum ſoluas pro iſto, quantum valebit in quocunque tempore ad B. in quo carius venditur, vſura eſt; quia ponit ſe, vel partem ſuam,

quo ad lucrum, vt in pluribus, & illum cum quo contrahit ad damnum, vt in pluribus, & tunc habet pro ſe illud, quod euenit quaſi in paucioribꝰ. Scotus 5. diſ. 15. n. 2.
25 Circa vſuram mentalem eſt ſciendum, quod communiter ſine pacto, quando quis mutuat cum ſpe habendi aliquid pecunia appretiabile ſupra ſortem: & ſi lucrum venit vltra ſortem, tenetur reſtituere, niſi ſperauit aliquid dari, non ex mutuo, ſed ex gratitudine; tunc enim non peccat, nec reſtitutioni eſt obnoxius. Quod ſi amborum intentio ſcilicet dantis, & accipientis ſit bona, non cadit peccatum, nec reſtitutio, ſiue aliquid detur gratis. Si verò vtriuſque intentio tendit ad mutuum, accipiens plus peccat, & tenetur reſtituere, quia dicitur in Euangelio, mutuum date, &c. Si verò dantis eſt mala ſolum, accipientis verò mutuo bona, & dat aliquid illi, qui dedit mutuo, tenetur reſtituere; quia mentem contaminatam habuit, niſi ſit certus, quod gratis dederit. Si autem mutuantis intentio fuit pia, & credit datum, eſſe gratis non peccat accipere, nec tenetur reſtituere, donec ei innoteſcat, quod non gratis dedit. Armill. Vſur. §. 39.
26 Cenſus dicitur à cenſendo, ideſt eſtimando, & vocatur annuus redditus, & ſic deſcribitur. eſt cenſus ius percipiendi penſionem, ſiuè in pecunia, ſiuè in fructibus, de re vtili alterius. Ius, ideſt facultas, & poteſtas, iuſta tamen, & legitima. Penſionem, ideſt cenſum, ſeu partem fructuum. De re vtili, ideſt fructifera. Alterius, quia exigens cenſum non habet Dominium ſuper re cenſui obligata, ſed tantum ius ad percipiendum cenſum.
27 Cenſus eſt duplex ſcilicet reſeruatiuus, & conſignatiuus. Reſeruatiuus dicitur, quando quis confert alteri rem ſuam transferendo Dominium rectum, & vtile, ſiuè donando, ſiuè vendendo, ſeruata tamen ſibi annua penſione ſuper illa. Exemplum, Franciſcus vendit Domum mille aureis, quæ realiter non accipit, ſed pro illis ſuper dicta Domo, imponit cenſum ſexaginta aureorum ſingulis annis ſoluendorum.
28 Cenſus conſignatiuus dicitur, quando quis retentis directo, & vtili Dominio rerum ſuarum, ideſt dictis bo-

nis ſuis,& eorum vſu, conſignat alteri cert
nē: aut per viam donationis,aut vēditionis,
gatur ſingulis annis ſoluere. exemplum,An
get,centum aureis, & habet Domum valen
tis,quam nollet alienare; vendit octo aureos
ſus pro ducentis centum; quibus ſupponit ip
cū pacto ſe abſoluēdi ab illo quādo voluerit.
tractu,conſignatur cenſus annuus octo duca
Domo,quæ obligatur,quo ad cēſum tantū, cū
recti,& vtilis Dominij ipſius domus.Corona

Nota quod ille dicitur habere directum D
qui habet proprietatem ſuper re. Dominium
tum dicitur habere,qui ſiue proprietate habe
fructibus, ſiuè ad tēpus, ſiuè ad vitam,ſiuè in

29 Nota quod præfati cenſus ſunt hodie regul
regendi,& moderandi in his præſertim partib
dum Bullam D. Papæ Pij huius nominis V. q
tredecim conditiones. Prima eſt, vt annuus
conſtituatur ſuper re immobili, aut quæ pro
habeatur.Secunda eſt, vt res cenſui ſuppoſita
tura ſua fructifera.Tertia eſt,vt res ſuper qua,
quibus cenſus imponitur, ſit in contractu nom
certis finibus deſignata. Quarta, vt emptio fit
pecunia numerata verè præſentibus teſtibus, &
rio in actu celebrationis Inſtrumenti, non aute
Quinta,vt ſolutio cenſus non fiat in principio a
in pactum deducatur. Sexta, vt conuentio obli
caſus fortuitos directè,vel indirectè eum, qui e
ra contractus non tenetur,non valeat.Septima,
ctum auferens poteſtatem, aut illam reſtringer
nandi rem,cenſui ſuppoſitam valere poſſit: veru
do cenſuarius eam vendere voluerit, Dominus
ſit ſēper præferendus,ac ſibi debeant denunciari
conditiones,quibus res ipſa vendenda erit,ac eti
menſem expectari debeat.Octaua,nec pacta co
tia cenſuarium moroſum teneri ad intereſſe lu
ſantis,aut ad cambia, aut ad quaſdam expenſas,
certa ſalaria, per creditorem, medio iuramento
dar

danda, aut rem cenſui ſubiectam, aut partem eius amittere, aut aliquod ius ex eodem contractu, aut aliunde acquiſitum amittere, aut in aliquam pœnã incidere, omninò valeant. Nona, nec etiam de terminis decurſis, aut decurrẽdis, cenſum augere, aut nouũ inſtituere, ſuper eadem re, vel alia, Domino cẽſus liceat, ſeu aliæ perſonæ per eum ſuppoſitæ. Decima, nec quoque acta continẽtia ſolutiones onerum fieri debere per alium, quàm per eũ, ad quem de Iure, & ex natura contractus ſpectãt, aliqd valẽt. Vndecima declarat oẽs cenſus in futurum creãdos extingui in totum, vel in partem re ipſa, ſuper quam ponitur, perempta in toto, vel in parte pro rata. Duodecima, declarat etiam poſſe pro eodem pretio redimi in totum, vel in partem, non obſtante longiſſima, & immemorabili temporũ præſcriptione: non obſtantibus etiã clauſulis conceptis talem facultatem auferentibus. Verum volens redditũ cenſus pretij traditione extinguere, per bimeſtre ante denuntiare teneatur cui facienda eſt traditio. Decimatertia, mandat redditum extingui poſſe quandocunq; præuia tamen denuntia, & poſt factum poſſe ab inuito pretium exigi, infra annum tamẽ.

30 Sed pacta continentia pretium cenſus ab inuito repeti poſſe ob pœnam, vel aliam cauſſam præter prædictam prohibet. Poſtremò contractus poſt hanc denuntiationem celebrandos ſub alia forma fœneratitios iudicat, cenſus quoq; creandos, ac creatos à tempore publicationis huius conſtitutionis, quod fuit anno Domini. 1568. 14. Febr. Hoc modo ſeruari vult in perpetuum. Quæ omnia dicta abundantius in ſumma Corona Confeſſorum. 2. p. ca. 8. poſt Nauar. in ſuó Manuali, & in Comentario de Vſuris. habentur.

31 Prædicta ex Bulla Pij Quinti, quædam prohibentur ob præſumptionem fraudis quæ ſi abſit, licent. Itaq; poteſt prætium non ſtatim ſolui, poteſt, & prius ſolui, & fieri pactum ne redimatur cenſus, niſi totus ſimul.

32 Non prohibet Bulla debita Iure naturæ, vt ſatisfactionem pro damno dato, non ſoluendo cenſum in tempore, nec dare fideiuſſorem, aut hypothecam etiã om-

nium bonorum,ad ſecuritatem venditionis,ve
nis,nec emere , certam pecuniæ ſummam ad
pro mille centum:idem enim non eſt cenſus,ſe
ctus , Do , Vt Des. Solent quidem ad vitam em
ri,octo, pro vno, poſſuntque pro tali penſione
omnia bona .

Soluendus eſt cenſus in fine anni,niſi aliud ha
ſuetudo, aut pactum.

33 Pretium cenſus eſt, quo publicè vendi ſolet
Cenſus numeratur inter bona immobilia. ex
& Emanuel.Sà ,

34 Cambium eſt permutatio diuerſarum pecun
fit tripliciter,Primò,cum pro moneta aurea,te
netam alterius generis . Secundò fit Cambium
ras,vt quis habet pecuniam in certo loco, putà
aureos,quos vellet transferre in aliumlocum,ac
campſorem tradit ſibi centum florenos,recipit
teras , per quas in alio loco recipit nonaginta
poſt aliquos menſes.Tertiò fit cambium ſiccum
ditione pecuniæ accipientis cambium : vt quis
Romæ pecunia,vadit ad Bancharium,petit ſum
tum ducatorum in partibus ſuis,puta Colloniæ
dum in moneta ibi currente poſt ſex menſes , au
terminum conſtituendum,cum aliquo lucro , &
lud tertium cambium tertij Generis dicitur ſic
cundum Angelicam,vſur.primo,§.Si.Quia ſucū
ritate proximi, & ſiccat animam à gratia Dei, &
Bullam Pij V.apud Nauarrum.c.17.num.300.

35 Cambians,imò mutans ex Officio poteſt acci
pendium ab Vniuerſitate,vel aliquod paruum li
mutuatarijs pro labore:vt in Monte Pietatis .

36 Licet Cambium per minutum, vt quadrantes
lijs, & accipere lucrum pro labore ſtatutum à le
conſuetudine ; & qui cambiat non ex officio mi
bet accipere,quàm qui cambiat ex officio .

37 Licet emere,vel vendere pecuniam quæ alibi
let,& recambia ſunt vſuraria .

38 In Cambijs poteſt aliquid accipi ratione lucri

tis,vel damni emergentis,ſi tunc verè ceſſat,& per Piũ V.non poteſt à principio cambij præfigi certũ intereſſe.

Eſt licitum commutare pecuniam præſentem pro abſente cum lucro.

39 Vna moneta poteſt plus alia valere octo ob cauſſas, Prima eſt,diuerſitas metalli. Secunda, eſt diuerſitas bonitatis eiuſdem metalli.Tertia,diuerſitas formæ, & ponderis. Quarta,diuerſitas locorum. Quinta, reprobatio totalis,vel partialis. Sexta, diuerſitas temporis. Septima,copia vel defectus.Octaua,abſentia, vel præſentia, & nunquam valet plus, ob dilationem temporis, quia tardius datur, vel accipitur. Ex Nauarro omnia Abbreuiando.

40 Negotiatio, ſiuè mercãtia, ad hoc quod licitè fiat debet habere ſex conditiones.Prima, vt non fiat propter auaritiam. Secunda, vt non fiat per Clericos, vel religioſos.Tertia,vt non exerceatur,cum dolo, & mendacijs,& periurijs.Quarta,vt non fiat in loco Sacro,vel Eccleſia. Quinta, vt non fiat in tempore Sacro, ſcilicet in die Feſto. Sexta, vt fiat propter bonum rei publicæ. Roſ.Theolog.in 4.verſi.Emptio.

Notula de Contractibus reliquis ab Vſura, Cenſu, & Cambijs.

Contractus ex con,& traho dictus eſt,quoties diſtãtia in vnum adunantur.

41 Contractus ſic deſcribitur,eſt vltrò,citròq;ideſt hinc inde,vel ex vtraq; parte obligatio,ex voluntate partiũ ſurgens.Aſtenſis.

42 Contractus triplex:videlicet propriè,vt venditio, & locatio:Impropriè,vt quando vna pars ſola obligatur, vt in Donatione: & Improprijſſimè,vt quando ex nulla parte oritur obligatio, ſed potius diſſoluitur obligatio facta,vt in tranſactione;quæ quidem tranſactio, eſt de re dubia,& lite incerta,& nec dum finita, non gratuita pactio,ſed aliquo dato,vel retento,vel promiſſo. Sylue.

43 Contractus adhuc eſt etiam triplex nempe, N
tus, vt emptio, & venditio, &c. Innominatus, vt
Domum meam, vt des mihi vineam tuam: & N
nominatus, vt pacta, quæ poſſunt accommod
tractibus nominatis, & innominatis. Aſtenſis li

44 Quaſi contractus, eſt obligatio, qua quis ob
alijs ex aliquo officio licito, & honeſto, licet no
ueniat expreſſa voluntas vtriuſq; partis; vt tu
cura. Tutor enim pupillo, & Curator minori vel
obligantur ex ſua adminiſtratione, quaſi cont
cum eis; & contractus conſtat ex tribus ſcilicet
nis, rebus, & obligationibus.

45 Obligatio ſecundum leges eſt triplex; ſcilice
ralis tantum, quæ in ſe continet naturalem æqu
Hæc contrahitur per vinculum naturale ſcilice
ſum, & ligat in foro conſcientiæ. Secunda dicitu
tantum, quæ eſt cum quis ciuili iure tantum eſt a
Tertia dicitur naturalis, & ciuilis ſimul, quæ eſt
cum ſolemnitate iuris potens ſe obligare, oblig
aliquid, quod naturalis æquitas vult eum obſ
Angel. verſi. Obligatio.

46 Obligatio contrahitur, quatuor modis; ſcilice
mo, ex contractu, vt emptione, venditione, locat
huiuſmodi. Secundo, ex quaſi contractu, ſcilicet
gerit negotium alterius, ſine mandato eius. Ter
maleficio, vt ex furto, Rapina, & huiuſmodi. Qua
quaſi maleficio, ſcilicet cum quis, non directè, ſe
sè, deliquit, ſed quaſi, quia fuit in culpa; vt cum
domo aliquid eſt effuſum, quod alteri nocuit.
ca vt ſupra.

47 Contractus, aliqui dicuntur bonæ fidei, & ali
Iuris. Primi, ſunt Emptio, Venditio, Locatio, Con
Mandatum, Depoſitum, Societas, Pignus, Commi
& Permutatio: & dicũtur bonæ fidei, quia ſi dolu
ſam dedit contractui, non tenent. Stricti Iuris ſu
pulatio, Mutuum, & huiuſmodi: & dicuntur ſtrict
quia ſtrictiſſimè ſunt interpretandi. Aſtenſis.

48 Contractus nominati ſunt qui habent nomi

pria,& eis ſolis coueniẽtia;vt Venditio, Locatio, &huiuſmodi.Innominati autem ſunt quatuor,nempe,Do,vt Des; Do, vt facias:facio,vt facias; Facio, vt des. Qui ideo dicuntur innominati, quia eorum nomina poſſunt aliis contractibus accomodari, & conuenire; & iſti ſequuntur naturam contractuum nominatorum, quibus aſſimilantur. Aſtenſis.

49 Radix, & fundamentum omnium contractuum eſt duplex Donatio,nempe vna liberalis,& alia illiberalis, ex qua oriuntur omnes contractus infra deſcribendi. ex Scoto.4.diſt.15.

50 Genera contractuum ſecundum Nauarrum ſunt Decem;Quinq; in quibus transfertur Dominium,& Quinque in quibus non transfertur.

Dominium transfertur in iſtis ſcilicet. In	Dominium non transfertur in iſtis ſcilicet. In
1 Emptione,	1 Depoſito,
2 Venditione,	2 Commodato,
3 Permutatione,	3 Locato,
4 Donatione, &	4 Conducto, &
5 Mutuo.	5 Pignore.

51 Venditio eſt alicuius rei pro certo pretio Datio. Aſte. Emptio eſt, alicuius rei pro certo pretio acceptio.

52 Nota circa pretium iuſtum, quod res tantum valent quantum vẽdi poſſunt:quod intelligitur, ſecundum Panormitan.de ijs rebus, quæ non ſunt neceſſariæ ad vitã hominis:ſed de neceſſarijs,vt sũt Panis, vinũ dom⁹,medicinæ,& huiuſmodi, eſt etiã verum,de Iure,& non de facto,ſecundum communem æſtimationem, vt dicit San. Antoni. quia ſecundum Richard. in quodlibetis, Pen-

ſatio

ſatio valoris rerum vſualium non poteſt fieri a
ſi per coniecturalem,ſeu probabilem opinion
quidem non punctualiter,ſed ſub quadam lat
qualitatis;eo quod pretium alicuius rei eſt tri
cet minimum,medium,& maximum, quod ri
pellant:vt putà,19.20. & 21. & quolibet hor
iuſtum pretium.concordat Angelic.vſur.§.58
53 Recordare etiam,Primò,quod quando ven
mens ſciunt valorem rei:& Secundò, quod ce
& Tertiò, quod non eſt talis neceſſitas, quæ
voluntarium: & Quartò, quod non deſit pru
ſolet fieri in luſoribus,& furioſis:& Quintò,q
illo qui poteſt alienare ; talis contractus eſt l
in conſcientia,etiam ſi pretio maiori vendatu
nori ematur, quàm ſit iuſtum pretium. Hæc
verſi.Emptio.§.7.
54 Adhuc nota, quod qui emit minus iuſto a
pacto retrouendendi, & interim locat vendit
tionem quinq; vel ſeptem pro centum,vſura e
eſt vera venditio, ſed mutuum palliatum, q
ex eo,quod emit, longè minori pretio, quam
verò emit verè ,etiam cum pacto retrouēditio
tieſcunq; dederit dictam ſummam pecuniæ,q
exburſauit, & hoc in termino decem annoru
citius;etiam quod minus ſoluat, quam ſi eme
nere de retrouendendo ; quia ſi minus valet,
iuſtè minui de pretio, ex contemplatione hu
quarta pars,vt dicit ſumma Corona; dummod
ſtum pretium conſiderato hoc grauamine, &
vt locet eum ipſi venditori,cum ficto ſolito, q
dus poteſt portare;vel ad tot pro centenario
conſuetudinem,habendo reſpectum non ad p
ſed ad fundum;contractus eſt licitus: & ratio
ſignari,quia ibi eſt vera venditio,vera locatio,
de fundo capit locans in foro conſcientiæ, lic
contentioſo iſte contractus eſſet ſuſpectus.
5.vſur.
55 Tenè menti, quod præfatum pactum retrou

nis debet habere has tres conditiones. Prima, quod emptor habeat verè, & principaliter animum emendi. Secunda, quod non fiat pactum, vt redemptio fiat maiori pretio, quàm emptio facta fuit. Tertia, quod venditor poſſit redimere, quando vult, regulariter loquendo. Et dixi, regulariter, quia in aliquibus caſibus poteſt fieri pactum redimendi vſque ad tēpus determinatum, quo transacto res vendita remaneat irredimibilis, dummodo non fiat in fraudem venditoris: & in hoc caſu debet emptor ſupplere iuſtum pretium ſcilicet quartam partem, quæ fuerat defalcata ratione prædicti pacti; quia ceſſante cauſſa debet ceſſare effectus. Can. Cum ceſſante. de appellati. & hoc tenuit Frater Bernardinus de Buſto, in prima parte Roſar. ſerm. 27. p. 1. & ibi adducit multas rationes. Et Auctor Coronæ Confeſſorum, qui tamē non affert neque auctoritatem, neque rationem aliquā: ſed hodie communiter tenetur quod nō eſt opus vt ſuppleatur præfatum pretium, quia ipſe emptor poteſt ſalua conſcientia retinere, & non ſoluere dictam quartam partem, ſaltem ratione pœnæ conuentionalis.

56 Interrogatio. Quid de illo: qui vendit prædium alicui certo pretio de præſenti ſoluto, putà medietate; alia medietate verò ſoluenda hinc ad duos annos; cum tamen pacto, quod quamdiu emptor non ſoluerit pretium alterius medietatis, teneatur dare ipſi venditori ſingulo anno fructus, qui communiter proueniunt ex medietate dictæ poſſeſſionis, uel Domus; an ſit licitum? Dicendum, ſi uenditor intendit tradere, & transferre Dominium totaliter in emptorem, ſi tunc aliquid exigit pro fructibus, uel ultra ſortem, eſt uſurarius; quia ibi eſt uera ratio mutui; quia emptor hoc caſu nihil aliud debet habere niſi medietatem pretij; & ideò quia pro illo expectat aliquid ultra ſortem illicitum eſt. Sed ſi uenditor non intendit totam rem tradere, ſed Dominium ſibi, & periculum reſeruare illius medietatis, de qua non habuit ſolutionem donec pretium ſibi fuerit datum; tunc poteſt aliquid gratia fructuum percipere: & hoc quando à principio ante traditionem deduceretur in pactū,

ut

vt pro fictu, aliquod ſoluatur donec pretiu
tum. Si etiam uenditor hoc caſu, uellet plu
riſimile eſſet, fructus rei ualere pro parte no
licitum eſt. Pro uenditore tamen faceret, ſi i
tione facta fuiſſet mentio de affictu; nam ipſ
tur uenditorem retinuiſſe Dominium dictæ r
apud ſe. Fictus enim non datur, niſi de re illa,
minium eſt apud recipientem fictum. Roſel. u
& melius in Corona Confeſſ. uideas.

57 Permutatio, quæ uulgo dicitur Barattum,
bium rerum ad res, ſecundum Goffredum, e
pro alia Vicaria præſtatio: Et eſt Permutati
ctus innominatus: quia multum eſt incertus
largè comprehendit omnem contractum, e
quid datur, uel accipitur. Nam uenditio, & Lo
ſunt dici permutatio: & ſic adaptari poteſt
bus nominatis, & innominatis: & ideò habet
nerale, non ſpeciale: propter quod merito c
innominatus cenſetur. Aſtenſis.

58 Donatio dicitur à Dono, quaſi doni datio
cundum Hoſtienſem, Rei licitæ nullo iure cog
liberalitate facta collatio.

59 Donatio eſt duplex; ſcilicet, altera ſimplex
ob cauſſam. Simplex eſt illa, quæ non habet c
eſt irreuocabilis, ita ut nullo caſu donator uel
uerti rem donatã. Donatio ob cauſſam eſt,
ponit, ut aliquid fiat, uel non fiat: ut eſt donat
nuptias, & cauſſa mortis, & dotis. Item Dona
inter uiuos, ut quando rem, quam dono, malo
lum, cui dono, quàm me: Alia cauſſa mortis,
quam Dono malo me habere, quàm eum, cui
magis ipſum quàm hæredem meum. Aſtenſis

60 Mutuum dicitur quaſi de meo factũ tuum;
tractus in quo transfertur Dominium rei, c
recipiendi tantundem in ſpecie, & non in nu

61 Vel eſt res ex ſuo uſu conſumptibilis pœni
proprietatẽ, quis in aliũ trãsfert, recepturus c
rẽ, non numero, ſed eãdẽ ſpecie, aut ualore. S

61

62 A Mutuo dicitur mutuo, mutuas, mutuare, quod eſt uerbum neutrū, & mutuor, mutuaris, mutuari quod eſt deponens; & ſignificantur duo, quia mutuare eſt mutuū dare, mutuari uerò, eſt mutuum accipere. Vnde uerſus, Mutuo tradendo, ſed mutuor accipiendo. Aſtenſis.

63 Nota qđ mutuum propriè conſiſtit in numero, ut pecunia; Pōdere vt maſſa auri; & mēſura, ut uinū, & oleū.

64 Mutuum palliatum, ſeu uelatum eſt quod ſecundum ſuam formam apertam, & uerba contrahentium, eſt alius contractus quàm mutui; ſecundum uerò formam latentem, & mentem contrahentium, ueram, uel præſumptam, eſt mutuum.

Quomodo in mutuo ſit uſura uide ſupra ſuo loco.

65 Depoſitū eſt qđ alicui cuſtodiēdū eſt traditū. Et depoſitū dicit̃ quaſi, deorſū ſcilicet à deponēte, poſitū Aſtēſ.

66 Depoſitarius re depoſita utens, ſine licentia domini habita, uel credita dari, ſi petijſſet, furtū cōmiſſit, & conſequenter peccauit mortaliter ex genere ſuo.

67 Depoſitarius non tenetur reddere depoſitum petente deponente, in quatuor caſibus: Primo quando deponens effectus furioſus gladium depoſitatum repetit, etiā ſi iuraſſet ad eius petitionem ſemper reddere. Secundo, ſi poſt eius depoſitionem bona eius fuerunt publicata. Tertio, quando fur depoſuit aliquid, & fur, & Dominus rei ſimul concurrunt, & in repetitione præponitur Dominus rei. Quarto, quando fur deponit apud Dominum cui ſurripuit, vel apud proprietarium rei, Armilla.

68 Deponens non poteſt furtiuè rem depoſitam accipere, ſecundum S. Thom. 2.2.q. 66. art. 5. Quia grauat depoſitarium ad reſtituendum, vel ad oſtendendum ſe immunem; Ideò tenetur eam reuelare.

69 Commodatum eſt alicuius rei ad aliquem vſum ſpecialem gratuita facta conceſſio.

70 Res mobiles, & immobiles, quæ vſu nō cōſumunt̃ accomodari poſsūt, & nō poſſunt reuocari niſi finito tēpore.

71 Si commodatarius nō potuit vti re commodata infra præfixum tempus, etiam ſine culpa ſua, nō poterit vltra illud tempus vti, ſine licentia commodantis. Panormit.

71 Commodans alicui rem vitioſam ſcienter', cens ei vitium tenetur de damno ſequuto: no dixit vitium, vel ignoranter fecit. Angelic. .

72 Si commodatarius vtitur re commodata ad ſum quàm acceperit, contra voluntatem Don committit & ſi eſſet de re importanti, mortal ret. Secus quando exiſtimabat dominum fore & habebat veram cauſſam hoc exiſtimandi; tenebitur, Armilla.

73 Si commodatarius rem commodatam per n miſit idoneum', & caſu fortuito res perijt, nc commodatarius. Et idem de depoſito, Secus q tius non eſt idoneus, & ex culpa nuntij perijt fuit infidelis, & tamen reputabatur fidelis con non tenebitur: quia non fuit in culpa. Syluestr

74 Locatio eſt perſonæ, vel rei ad vſum facta mercede in pecunia numerata conuenta. Aſt

75 Conductio eſt perſonæ, vel rei ad vſum ac teruentu pecuniariæ mercedis. Ita quod loc tur, qui re ſua premittit alium vti, mercede ſib ta; vt cum ego loco tibi domum meam ad hab dicor locator, & tu conductor. Si verò condu ſpectu operis eſt, è conuerſo; nam qui ponit locator, & qui ſoluit eſt conductor. Et ſi ſit c rei vrbanæ, dicitur inquilinus; ruſticæ verò co Angelica,

76 In tribus caſibus Dominus expellere poteſt ſiuè cõductorem. Primò, ſi hoc expoſcat neceſ tempore locationis non imminebat: puta ſi I cata facta ſit ſibi neceſſaria; quia illa, quam deſtructa eſt. Vel ſi Domus locata minetur ru debet remitti cenſus, vel penſio rei locatæ pro poris. Secundò ſi conductor peruersè in Dom ſetur; puta domum deteriorando, vel meretr tinendo. Tertiò, cum inquilinus per biennium penſionem. extra. eod. c. Propter. Debet etiam mitti pro rata, vt ibidem dicitur, ratione mag tatis; niſi ſterilitas valeat compenſari, cum

præcedentis anni, vel ſequentis. de Orbellis in 4. diſ. 15.
77 Interrogatio. An ille, qui locat operas ſuas faciẽdas in re aliqua, teneatur, de damno illius rei? Puta ſi dolia, quæ quis accepit transferenda, franguntur? Reſpon. Hoſtienſis; Si hoc accidat culpa ſua, vel illorum, quorũ opera vtitur, tenetur; aliàs non. Sed de caſu fortuito nõ tenetur, niſi ex pacto, locans rem ſuam, puta equũ, pro quo mercedem accipit, periculo ſuo tradit; niſi conductoris culpa, vel negligentia periret: tunc enim conductor valorem eius, reſtituere deberet. Teneretur etiam conductor reſtituere, ſi apponeretur pactum, dum tamẽ eſſet rationabile; puta, ſi quis locaret alicui equum, eunti ad locum vbi probabiliter dubitaretur de prædonibus, tali pacto, quod ſibi eũ reſtitueret ſi à prædonibus caperetur. Orbellus.
78 Quia verò prædicta valent de difficili retineri, poſſet ex ipſis elici quædam breuis Regula; videlicet, quod res commodata, Depoſita, vel locata, remanet in periculo dantis, niſi Dolus, Pactum, Culpa, vel Mora interuenerit ex parte recipientis. Cuius declaratio patebit ex ſequẽtibus. Orbellus.
79 Pactum eſt conſenſus duorum, vel plurium in idem alteri ab altero paciſcentium, dandum, vel faciendum. Aſtenſis.
80 Pacta rationabilia frangentes peccant mortaliter, ſecundum Bernar. extra. de Pactis. cap. 1. in Gloſ. argum. 22. q. 5. Can. Iuramenti. & hoc maximè videtur habere veritatem quando fractio pacti, vergit in notabile detrimentum proximi: tunc enim eſt ibi mendacium pernicioſum, licet non interueniat Iuramentum: ex Nicolao de Orbellis in 4.
81 Nomen pacti adeo eſt generale, quod omnibus contractibus nominatis, & innominatis accomodari poteſt; ſeu ad omnia, quæ inter partes aguntur cauſſa contrahendæ, vel tollendæ obligationis. Et dicitur à parte; eſt enim conſenſus, & c. vt ſupra.
82 Manda etiam memoriæ differẽtiam, quæ eſt inter Mutuum, & Locatum, & Cõmodatum. In Mutuo enim trã-

ſit Dominium,& ideò ſi non ſit gratuitum, v
Commodato autem non tranſit Dominium
conceditur vſus rei commodatæ, putà equi
minio.Si autem non ſit gratuitum, in Locat
ſire videtur tamen eſt vſura. Item dans mu
dit recipere in termino non eandem rem n
eiuſdem generis,ſiue ſpeciei, vt putà granu
niam:In commodato verò, & locato recipi
numero in termino;vt idem liber,idem equ

83 Eſt exemplum de prædicta differentia i
Paulo:vnde Petrus,mutuauit Paulo decem
modauit ſibi ſuum Mantellum, ac etiam ſibi
equum; Paulus fuit ſpoliatus in itinere à
Quæritur an teneatur ipſe Paulus? Reſpon.
tur de pecunia, ſed non de Mantello, & equ
eſt,quia in Mutuo tranſiuit Dominium in Pa
alijs:& quando res perit,Domino perit:Equ
Mantellum perierunt Petro domino, & non
tario,& conductori Paulo, qui non fuit in cu
ſus fuit fortuitus.

84 Caſus fortuitus eſt inopinatus rei euentu
lo diligente præuideri potuit;vt ruina,incurſ
& huiuſmodi.

85 De caſu fortuito quis tenetur,ſi fuit in cul
mora,& ſi pactum interuenit.Exemplum po
ſtienſ. vt ſi commodatum remiſit per minus
tium;vt etiam dictum eſt ſupra.

Dolus malus, eſt machinatio ſtudioſa ad c
aliquem.

Culpa legali in communi,eſt deuiatio à bo
turpis operatio.

86 Lata Culpa eſt, non intelligere, quod om
gunt;vel neſcire quod omnes ſciunt.

Leuis culpa,eſt,deſidia,vel negligentia.

Leuiſſima culpa,eſt,quæ aliquando potuit

87 Pono de prædictis exemplum.Commoda
perijt, quando fraudem commiſit, ut equu
datus ſibi ſurriperetur.Eius lata culpa fuit,q

extra domum in nocte reliquit. Leuis culpa fuit ſi equũ in domo poſuit;domum tamen apertam dimiſit. Leuiſſima culpa fuit,ſi domum clauſit, non tamen interius benè firmauit. In his omnibus tenetur Domino, ad æſtimationem rei,cum acceſſibus; ſcilicet fætibus,partubus, & fructibus. Aſtenſis lib.3.1.p.

88 Interrogatio. Qua culpa, quis tenetur ex contractu? Reſpon. Quod ſi contractus ſit gratia recipientis tantũ, vt in commodato, tenetur etiam de leuiſſima: Si verò ſit gratia dantis tantum,vt commodaui tibi Iocalia, vt venires ornatior ad me: ſic tenetur ſolum de Dolo, & culpa lata. Si autem ſit gratia vtriuſq;, vt putà, vt communis amicus inuitaretur, commodaui tibi vaſa argentea, & huiuſmodi,tunc tenetur de dolo,& lata culpa,& leui regulariter. Et dixi,regulariter, quia hoc fallit in præcario, vbi non tenetur niſi de dolo, quamuis fiat gratia recipientis tantum: & ratio eſt, quia præcarium poteſt ſemper reuocari,ſed commodatum non.

89 Nota quod præcarium eſt,quod precibus petenti vtẽdum conceditur,quamdiu patitur is,qui conceſſit. Fallit etiam in locatione, vbi quis in rebus magnæ importantiæ;vt polire adamantem, incidere Brocatum pro veſte fienda,& huiuſmodi, tenetur etiam de leuiſſima culpa: Sed in alijs rebus non tãtæ importantiæ quis tantum tetur de dolo, lata culpa,& leui.

90 Circa cuſtodem nota,quod ipſe, quando accipit mercedem, ſi eſt in contractu, in quo ſolum tenebatur de lata culpa, vt in Depoſito; ſic acceptio mercedis pro cuſtodia, facit vt teneatur ſolum de leui. Si verò eſt in contractu, in quo tenetur de leui culpa, ſicut in locato; ſic acceptio mercedis faciet, vt teneatur de leuiſſima: nec ſolum cuſtos tenetur de culpa ſua, ſed etiam illorum, quorum opere vtitur, ſi ipſe diligentiam non adhibuit. Hæc ex Angelica ſumma, cum Iureconſultis, quod ego ſeruandum putò in foro exteriori; Alioqui in conſcientia, nemo tenetur niſi de culpa lata, ſeu mortali; niſi ſit aliud conuentum,

aut res eſſet huiuſmodi, quæ exactam requireret diligentiam, & per negligentiam læſa eſſet. Quanquam in his multum poteſt prudentia, & æquiparatio, quid ſit agendum decernere. Ita Innocent. de Homicid. Super Can. Sicut dignum. Director. Iur. lib. 1. Roſel. v. Aduoc. §. 12. Syluest. v. Culpa. q. 4. Sot. lib. 4. de Iuſtit. & Iur. q. 7. nu. 20. Tolet. lib. 5. c. 18. cum alijs multis. Contra Nauarrum. c. 17. num. 179.

91 Societas eſt duorum, vel plurium conuentio, ob commodiorem vſum, vel vberiorem quæſtum.

92 Nota quod ſocietas eſt licita dummodo tria cancurrant. Primum, vt negotiatio licita ſit. Secundum, vt pecunia ſubiaceat periculo eam conferentis, hoc eſt, vt ſi pereat tota, illi pereat. Tertium, vt in omnibus Iudicio prudentis, æqualitas ſeruetur, & pro quantitate partiũ collatarum lucrum diuidatur. Nauar. c. 17. num. 51.

93 Nota quod hodie nõ poteſt pecunia aſſecurari ſoluto pretio à ſocio; & etiam non poteſt aſſecurari lucrum incertum, ſicut olim fiebat: & hoc habetur ex Bulla Sixti V. quæ incipit, Deteſtabilis; edita 12. Kal. Nouemb. 1586. & habetur apud Philiarcum. 2. Tomo de ſocietat. & à Ioann. Baptiſta Corruda. q. 254. 2. p.

94 Peculium dicitur quaſi puſilla pecunia, ſiue patrimonium puſillum: & ſunt quatuor eius ſpecies; quoniam aliud eſt Caſtrenſe, aliud quaſi Caſtrenſe, aliud Profectitium, aliud Aduentitium. Caſtrenſe eſt, quod filiusfamilias acquirit in Caſtris, id eſt in Bello, & de illo poteſt diſponere. Quaſi Caſtrenſe eſt quod acquirit filius aduocando, & in omni officio publico: Profectitium verò, qđ obuenit occaſione patri, quò ad proprietatem, & vſufructum. Aliud aduentitium, quod filio aduenit aliunde, quàm intuitu patris: vt ex donatione, bona fortuna, induſtria, vel huiuſmodi: & proprietas acquiritur filio vſufructus patri. Angelica.

95 Pignus dicitur à Pugno: & eſt ſecundũ Goffredũ obligatio rei licitæ pro debito. Pignus differt ab hypotheca, quia pignus eſt rei mobilis tranſeũtis in creditorẽ: hypotheca vero, rei immobilis non tranſeuntis in creditorẽ.

96 Si creditor bona fide vendat pignus minus quã ſit creditum, reſiduum à debitore repetit: ſi plus, quod ſuper eſt dabit debitori. Armilla.

97 Creditor tenetur fructus pignoris computare in ſortem; non ſolum quos recepit, ſed etiam quos potuit percipere, ſi ex ſua negligentia non percepit. Armilla.

98 Emphytheoſis, quod ſermone vulgari dicitur Datio ad liuellum, eſt contractus medius inter locationem, & venditionem, per quem transfertur Dominium in emphytheotam, retento Dominio directo apud Dominum: & ſoluit emphytheota Domino aliquid ſingulis annis; Dominium verò vtile remanet apud emphytheotam; & habet Dominus poſſeſſionem eius ciuilem, emphytheota verò naturalem. Angelica.

99 Præſcriptio eſt quoddam Ius ex parte congruens, auctoritate legum vim capiens, pœnam negligentibus inferens, & litibus finem imponens.

100 Præſcriptio, & vſucapio differunt; quia prima habet locum in rebus immobilibus, & Iuribus in corporalibus, & ſecunda in rebus mobilibus, & ſe mouentibus.

101 Quatuor requirunt ad bonã, & iuſtam præſcriptionẽ; & Primò bona fides. Secundò Iuſtus titulus. Tertiò, continuatio poſſeſſionis. Quartò, quod res non ſit vitioſa, & quod poſſit præſcribi. Vſucapio in triennio completur, & præſcriptio non ita cito, ſed ad eius complementum maius temporis ſpatium requiritur.

102 Præſcriptio vna eſt longi temporis, videlicet annorũ. x. inter præſentes, ideſt in eadem ciuitate exiſtentes. Alia xx. annorum inter abſentes. Alia eſt longiſſimi temporis, videlicet xxx. vel xl. annorũ. Intellige cõtra Laicos. Contra autem omnes Eccleſias, neceſſaria eſt præſcriptio Quadraginta annorum, ſiue perſona priuata contra Eccleſiam præſcribat, ſiue vna Eccleſia contra aliam: & contra Eccleſiam Romanam eſt neceſſaria præſcriptio centum annorum. Aſtenſis. Et in legatis ad pias cauſſas habet ſolum præſcriptio Quadraginta annorũ: vt in Syluestrina verb. Præſcrip. 1. q. 7. §. 8 poſt Angelicã:

103 Qui completa præſcriptione incipit habere fidẽ ma-

lam;ideſt ſcire rem præſcriptam non fuiſſe ſuã: non propterea tenetur reſtituere,lege ſic diſponente,ſecundum S.Thomam,quod lib.2.artic.25. quia lex poteſt aliquem pro peccato, & negligentia punire, in re ſua, & alteri tradere.

104 Adhuc nota caſum relictum ſupra de vſura,videlicet; ſi gener ſuſtinens onera matrimonij, accipit in pignus à ſocro ſuo pro Dote filiæ, licitum eſt, nec tenetur fructus pignoris computare in ſortem; ſed ad hoc quod liceat non computari in ſortem abſque vſura, oportet quod iſta onera ſint certa, & quod fructus non excedant quantitatem onerum,& quòd dos ſit promiſſa ſimpliciter.

De furto, & Reſtitutione. Cap. XI.

1 FVrtum eſt contractatio rei alienæ, mobilis, corporalis, fraudoloſa, inuito Domino, facta animo lucrandi, ſiuè ipſius rei, ſiuè vſus rei, ſiue poſſeſſionis.

Fur propriè dicitur,qui de nocte furatur, & latro qui de die.

2 In definitione dicitur contractatio, quia ſine ea non eſt propriè furtum,licet interueniat voluntas, verbum, vel ſcriptura.Vnde ſi quis concupiſcat illicitè rem alienam ſine contractatione,facit contra aliud præceptum, ſcilicet Non concupiſces, &c. Fraudoloſa verò additur, quia ſi quis credebat rem ſuam eſſe, ac per hoc licere ſibi eam ſurripere; non committit furtum. Inuito Domino,ideò apponitur,quia ſi credit Dominum permiſſurũ, & iuſta cauſſa ſubſit,hoc credendi; non tenetur reus furti.Rei alienæ,ideò adiungitur; quia nõ committitur furtum in re pleniſſimè propria. Animo lucrandi ponitur ibi, quia ſi quis alicuius ancillam meretricem rapuerit, vel celauerit, non lucri, ſed Libidinis cauſſa, non facit furtum,licet aliàs grauiter peccet.Gratia rei, vel poſſeſſionis eius, vel vſus, ponuntur ibi, quia non ſolum committit

mittit furtum, qui lucri facere vult ſic furtiuè Dominiū, ſed etiam qui rei poſſeſſionem, vel vſum. Hæc Aſtenſis lib.1.tit.33.

3 Furtum ex ſuo genere, eſt peccatum mortale, quia eſt contra Iuſtitiam,& bonum proximi: Si autem eſſet pro re modica, vel in primo motu, eſſet veniale, niſi furando modicum haberet voluntatem furandi multum; quia tūc ex animo damnificandi proximum notabiliter, mortaliter peccaret. ita S.Thom.2.2.q.66.art.

4 Patiens extremam neceſſitatem, & non valens ſibi aliter prouidere, ſi accipit rem alienam palam, vel occultè, vt ſubueniat tali neceſſitati, non peccat; quia cum tūc omnia ſint communia, non alienum, ſed ſuum accipit; & non ſolum, vt ſubueniat ſibi poteſt accipere in tali caſu, ſed etiam proximo, cum aliter ſubuenire non poteſt. S. Thomas.

5 Accipiens alienum in extrema neceſſitate, ſi uenerit ad pinguiorem fortunam, non tenebitur reſtituere, quia alienum propriè non accipit, ſed quod Iure naturæ ſibi debetur, & maximè ſi res eſt conſumpta. per notata in Canon. Sugeſtum. de Decimis. conſentit Scotus. in 4. diſtin.15.

6 Nota ſecundum Dominum Panormi. quod paupertas non ita excuſat Adulterium, vel alia peccata, quæ de ſe mala ſunt, ſicut excuſat ab acceptione: quia accipere modo prædicto, non eſt furtum, quia alienum non accipitur, vt dixi.

7 Ex monte alieno ligna tollens, aut neceſſitate vrgente, aut parum damni dando, non tenetur reſtituere. Tolet. lib.5.c.20.nu.2.ex Soto.

8 Qui per vices pauca alicui furatur, cum ventum eſt ad notabilem ſummam tenetur ei reſtituere; & ſi quidam id probabiliter negent, quando non ſit ex intentione furādi totam ſummam. Lopez. par.1.c.93.cum Soto, & Med. vide de hac re, Couuar. libr.1.var.cap.3. num.11. Arrag. quæſt.66.artic.6. Ioann. Med. de Reſtitutio. quæſtio. 10. Coron. part. 1.capit. 1. numero 27. Furantem ſepè minima mortiferè peccare dicit. Nauarr. negat. capit. 17.

numero 136. ni ſi cupiat magna ſurripere; teneri tamen reſtituere dicit, cum ad notabilem quantitatem peruenerit. vide Tolet. lib. 5. ca. 15. num. 5. & Sot. lib. 5. quæſt. 3. art. 3. ad tertium.

9 Acceptum à fure contractu oneroſo ſufficit ei reſtituere, aut cui ille voluerit. Secundum Alexand. Alenſ. 4. p. quæſt. 86. in 3. & Syluestrinam. Reſ. 3. q. 5. & Tolet. libr. 5. c. 17. in fine.

10 Si quod filius furatus eſt, expendat in vtilitatem patris, poteſt de patris bonis reſtituere, itidemq; vxor de bonis viri, vt ſi ſibi honeſtas veſtes emat; ſi malè erogauit, non poteſt, niſi habeat parapherna, vel peculium Caſtrenſe, aut quaſi. Syluest. q. 17. reſ. 3.

11 Quæ quantitas furti mortale peccatum conſtituat, iudicabit vir prudens; quæ Domino rei notabile damnum ſimpliciter inferre poteſt, mortalis eſt. Magnas diuitias poſſidenti tres argenteos auferre non erit mortale peccatum. Nauar. cap. 17. num. 3. Coron. 16. Inſigni Principi, aut Regi, duos, aut tres aureos ſurripere erit mortale peccatum, vnum autem veniale, ibidem. Viro neque diuiti, neque pauperi ad modum argenteum, vel Iulium, (vt vocant) furari, regulariter erit mortale peccatum.

12 Quod tamen non eſſe indiuiſibiliter intelligendum vir prudens videbit ibidem. vide Nauar. Arrag. q. 66. art. 6. putat quinq;, aut quatuor argenteos in cõmunibus perſonis ex natura rei ſufficere ad mortale peccatum.

13 Rapina eſt violenta receptio rerum. Nota quod Rapina non poteſt fieri ſine peccato. vnde Iſaiæ cap. 6. Ego Dominus diligens iudicium, & odio habens Rapinam in holocauſtũ: Qđ nõ diceret ſi Rapina non eſſet peccatũ.

14 Rapina, & furtum ſunt peccata ſpecie differentia, vnde Philoſophus 5. ethicorũ diſtinguit inter ea; ponẽs furtum occultum, rapinam vero violentam. Licet enim habeant eundẽ finẽ remotũ, ſcilicet habere rem alienã; habent tamẽ diuerſos fines proximos: quia raptor vult habere per poteſtatem propriam, fur per aſtutiam: vnde vtrumq; habet rationẽ peccati ex hoc quod eſt acceptio rei alienæ involuntaria ex parte eius cui ſubtrahitur;

Sed in furto eſt in uoluntaria per ignorantiam,in rapina per violentiam.

15 Rapina eſt grauius furto duplici ratione: Primò quia directius opponitur violentia,quæ eſt in rapina, voluntati,quàm ignorantia,quæ eſt in furto.Secundò,quia per rapinam non tantum infertur alicui damnum in rebus, ſed etiam vergit in quandam ignominiam, ſiue iniuriam perſonæ, quæ præponderat fraudi, vel dolo, quæ pertinent ad furtum; vnde, & rapina grauius punitur quàm furtum.

16 Nec obſtat prædictis quòd homines magis verecundantur de furto,quàm de rapina;quia homines ſenſibus inhærentes magis gloriantur de virtute exteriori, quæ patet in rapina, quàm de virtute interiori, quæ tollitur per peccatum; & ideò minus verecundantur de rapina, quàm de furto. Omnia ex ſumma Aſtenſ.lib.1.titul.32.

17 Qui non poteſt habere ſibi debitum, poterit furtiuæ ſibi ſatisfacere; & hoc verum ſi nullum iſtorum quatuor concurrit:Primum,quod poſſit Iudice ſententiante, ſuũ rehabere; quia nemo debet ſibi ius dicere. Secundum, ſcandalum ſui,vel proximi innocentis,cuius fortè cuſtodiæ erat res commendata. Tertium periculum mortis corporalis,vel alterius læſionis magnæ. Quartum, periculum mortalis peccati,ſcilicet, periurij, & huiuſmodi; quia aliquo iſtorum interueniente non licet:imò ſi accepit,& imminet periculum aliquod iſtorum poſtremò dictorum,tenetur reſtituere.ita Angel.verſ.Furtum.§.40.

Compenſatio eſt, vel importat debiti, & crediti inter ſe contributionem.

18 Compenſatio admittitur in omnibus, quæ in ſuo genere recipiũt functionem;ideſt qñ vna res põt fungi vice alterius;ſicut ſunt ea,quæ conſiſtunt in numero, pondere,& menſura,de quibus ſupra de mutuo; in alijs autem ceſſat compẽſatio. Vnde ſi teneris mihi reſtituere equũ, & ego tibi quinq; Ducatos, non fiet compenſatio, quia poſſet eſſe maior affectio,quam habeo ad equum,quàm ſit quantitas pecuniæ.Idem qui ſupra.

19 Compenſatio poteſt fieri in omnibus contractibus,ex-

cepto Depoſito, in quo compenſatio directa non adm
titur, ſed in conſcientia admittitur indirecta. Armil. v
bo, Compenſatio.
20 Simonia eſt ſtudioſa voluntas emendi, vel vende
ſpirituale, vel annexum ſpirituali.
Simonia contrahitur à manu quod eſt pecunia; ab
ſequio, quod ſeruitus indebitè impenſa; & à lingua, qu
eſt fauor. S. Gregorius.
21 Nota quod totum pódus huius materiæ ſtat in ver
Saluatoris dicentis: gratis accepiſtis, gratis date.
Oportet enim, & Sacramenta, & beneficia, & cæte
res ſpirituales gratis dare, & gratis accipere; quia nul
poteſt vendere, nec emere, cum ſint Dei, non noſtra
nullo pretio æſtimari poſſunt, & Dominus præcipit
gratis dare. Vbi ergo interuenit aliquod prætium, vt
cunia, vel obſequium, ſeu fauor temporalis, ſiuè præc
maximè pro indigno, ſiuè quæcunq; alia rei, quæ pe
nia eſtimari poteſt, eſt Simonia.
22 In ſimonia per emptionem, & venditionem intelli
tur omnis contractus non gratuitus, vt renuntiatio,
tranſactio, quando fiunt perpetuo in ſpiritualibus, p
pter permutationem beneficiorum, quam poteſt face
Epiſcopus, ſi viderit expedire: ita tamen quod non
cet de hoc facere pactum, vel ſuper hoc paciſci abſq
ſimonia.
23 Spiritualia autem ſunt omnia Sacramenta, ingreſſ
Monaſterij, prædicationes, correctiones, & punition
Prælatorum, Officia mortuorum, Orationes, & ſimili
Annexa verò ſpiritualibus, ſicut corpus annectitur a
mæ, ſunt beneficia Eccleſiaſtica, quæ nunquam ver
poſſunt, tanquam purè corporalia: imò vendere vel em
re beneficia ſemper ſimoniacum eſt: quia quando vnu
non poteſt vendi ſine altero, vendito vno, alterum n
poteſt inuenditum derelinqui. Annexum verò ſpiritu
libus non tanquam corpus ad animam, ſed tanquam
bligatum ei, vel coniunctum, ſicut ornamentum coniu
gitur veſti, & Iuſpatronatus, quod quidem, cum ſit ſpi
tuale,

tuale, nec emi, neo vendi poteſt: tamen poſſeſſio, ſeu illud temporale, cum quo coniungitur poteſt vendi, quod ſi venditur, Iuſpatronatus tranſit cum eo gratis.

24 Calices verò, & Paramenta ſunt annexa ſpiritualibus tamquam fini: vnde materia vendi poteſt: vna enim Eccleſia poteſt alteri vendere Calices, & Paramenta, dummodo non plus vendant ea, ex eo quod ſint benedicta vel Conſecrata: Laicis autem non poſſunt vendi poſt conſecrationem, niſi prius conflentur, vel deſtruatur forma, ita vt amplius non remaneant conſecrata.

25 Similiter intellige de ſepultura; nam ſi in ea nunquam fuit aliquis ſepultus, poteſt vendi: quia nundum factus eſt locus ille Religioſus, niſi ſit in loco Sacro: ſecùs ſi in ea fuit aliquis ſepultus. Poſſet tamen vendi, vbi fuit quondam Eccleſia, vel cæmiterium pro neceſſitate pauperum, quia intelligitur, vendi ſola materia, & non aliquod ſpirituale.

26 Nota tamen, quod, quia Sacerdotes, & alij miniſtrantes debent de Altari viuere, ſeruandæ ſunt Conſuetudines Eccleſiæ in oblationibus, quæ fiunt in Miſſis, pro anniuerſarijs, pro Officijs, & ſepulturis Defunctorum: non tamen debent Sacerdotes antequam talia ſpiritualia exhibeant, exigere huiuſmodi conſuetudines, ita quod aliter nolint exhibere ſpiritualia, niſi prius ſoluantur: Sed gratis debent prius ſpiritualia exhibere, deinde conſuetudines exigere: quas etiam, ſi quis nolunt ſoluere, poſſunt ſuperiores eos cogere ad ſoluendum. Ex Sauonarola in Confeſſionali.

27 Nota autem quò ad pœnam peccati Simoniæ, quod qui fuerit Ordinatus ſimoniacè, vel à ſimoniaco ſcienter, eſt ipſo iure ſuſpenſus nec poteſt miniſtrare. Qui autē recipit beneficium ſimoniacè tenetur illud reſtituere cum fructibus, nec poteſt repetere pecuniā datā pro hac cauſſa: quia turpiter dedit. Pecunia enim ſimoniaca debet dari Eccleſiæ, in cuius iniuriam data eſt, vel erogari

gari pauperibus,& egenis.Idem qui ſupra.
Simonia eſt triplex.Mentalis tantum, co
tantum,& realis.
28 Simonia mentalis,ſine conuentione tacita
ſa,licet non perueniat ad dationem, eſt pec
tale, ſed non obligat ad reſtitutionem, etia
ſerit datio:non ſic vſura mentalis.
29 Quare ergo vſura mentalis obligat ad Re
& non mentalis ſimonia? Reſpon. Nauarr.
benè ſoluitur, & malè recipitur:nam vſuran
eſt peccatum,recipere autem ſic: & qui ma
eo,qui benè dat, tenetur id reſtituere danti
Simoniam mentalem accipit ab eo, qui mal
ſuſcipit ob ignorantiam malæ intentionis;
accipit à malè dante,& conſequenter nemin
lud reſtituere.Nauar.Idem c.23.num.103.
30 Caietanus dicit, quod id, quod pro vſura
ctè datur;quod autem pro ſimonia,ſpontè:
tur pro emptione,& venditione.Syluestrina
ea,quæ reſtituenda ſunt ratione ſimoniæ,non
tuenda,neceſſariò vigore naturalis, aut diui
de conſilio ſolum:quia ſi dans,non dedit turp
voluntariè, & ſic iam non debetur ſibi: & ſin
dit turpiter,vnde non habet, nec habuerunt
ta ſunt,Dominium certum, & ſic non ſunt ne
ſtituenda. Si qua ergo obligatio ad reſtituen
lege humana eſt,quæ de interioribus non diſp
ex in diſpoſitione habentis; qui per pœnitent
ſe diſponere,ſecùs in vſuris.Hæc illa. verb.Sim
31 Simonia conuentionalis tacita,vel expreſſa
neutra parte ſequuta, vel ex vna parte tantu
gat ad reſtituendũ pro diuerſitate accepti:& e
dus in foro exteriori talis ſimoniacus.
32 Talis Simoniacus celebrans, non incurrit i
tatem;ſicut nec penſionarius excommunicati
ſoluens, ſi celebrat poſt lapſum tempus ſoluti
nar.vt ſupra.
33 Simonia realis eſt conuentio tacitè,vel expr

traque parte completa, ſaltem quo ad aliquam partem promiſſorum;& vtrinq; eſt peccatum mortale; punienda eſt, & obligat ad reſtitutionem, ita vt omnia annullentur,& fructus percepti ſint reſtituendi. Nauar.

34 Simoniacus realis in ordine eſt ſuſpenſus; ſi in beneficio,non eſt ſuſpenſus, quare eo relicto poteſt celebrare. Nauar.

35 Simoniacus realis in beneficio,vel in ordinatione, eſt ipſo iure excommunicatus reſeruatus Papæ. Simoniacus in ordine realis eget Abſolutione ab excommunicatione; & ſuſpenſione; in beneficio ab excommunicatione tantum. Simoniacus tantum in ordine eſt ipſo iure ſuſpenſus, & excommunicatus: & tantum Simoniacus in ordine, & beneficio eſt ipſo iure excommunicatus. Nauarr.

Si Simoniacus ordinatur recipit Characterem,ſed nō exequutionem.

Multæ aliæ pœnæ ſunt contra ſimoniacos in iure, & Extrauagantibus,& aliæ in Bullario,& in ſumma Bullarij. D. Stephani Quarantæ, vide ergo ibi eas.

36 Circa ſolutionem Decimarum Nota, quod præceptū de decimis ſolendis partim eſt diuinum, partim eſt poſitiuum. De Iure diuino,& naturali eſt ſubuenire miniſtris Eccleſiæ, qui nobis dant ſpiritualia. Soluere autem decimam partem, vel quartam, hoc eſt de Iure poſitiuo: Quilibet ergo tenetur ſoluere decimas vbi eſt conſuetudo; vbi autem non eſt, nullus videtur teneri, quia præſumitur, quod Eccleſia donet ſubditis opportuna.

37 Debet tamen quilibet eſſe paratus reddere, ſi Eccleſia peteret; quia ipſa petere poteſt, nec contraria conſuetudo abrogat hoc Ius, cum ſit Diuinum. Benefacit tamen Eccleſia, vbi non eſt conſuetudo, non petere, ne ex hoc ſcandalum oriatur. ex Sauonarola

38 Armilla poſt Innocentium, & Gulielmum dicit, quod Eccleſiæ acceperunt ſemel totam Decimam, cum receperunt poſſeſſiones ſufficientes ad earum neceſſitatem; & ſic poſſet dici, quod cōtinuè recipiunt Decimas, ideſt redditus ratione Decimæ. Quod ſi eſt verum, tota quæ-

ſtio

ſtio eſt ſoluta : quia amplius non poſſunt pe
dit ſic eſſe cum videamus omnes Eccleſias,
Prælatos diuites de poſſeſſionibus.ita præfa
Decimæ.num.3.

Notula de Reſtitutione.

39 Reſtituere, ſecundum Aſtenſem, eſt aliq
ſtatuere in poſſeſſionem, vel Dominium rei
cundũ Angelicã,Reſtitutio eſt in priſtinũ ſta
40 Reſtitutio eſt recompenſatio facta alicu
damno,vel pro re ablata ipſo conſentiẽte,ve
xicon Theologicum.
41 Item ſecundum Nauarr. eſt actus iuſtitiæ
tiuæ,quo redditur alteri quod ſuum eſt, circ
mi,corporis,& honoris,vel pecuniæ.
42 Item ſecundum Toletum.Reſtitutio eſt,act
quo cuiq; redditur,quod ab eo ablatum,vel a
43 Reſtitutio eſt neceſſaria ad ſalutem: vt en
eſt,Reſtitutio eſt actus iuſtitiæ commutatiuæ
uandam autem Iuſtitiam,omnes tenentur.Qu
tenetur ad reſtitutionem rei ablatæ iniuſtè.v
ſtin.14.cauſſa.quæſt.6.c.1.Non remittitur pec
reſtituatur ablatum.Et ſi non poteſt idem reſ
reſtitutio fieri in æquiualẽti,ſi ſit poſſibile: Si
ualens reddi non poſſit, tenetur qui damnum
ſtituere:quod poteſt ad arbitrium bonorum vi
Aſtenſis.lib.5.titul.29.in prin.
44 Reſtitutio etiã ſic deſcribitur à Maturino in
eſt alienæ rei iniuſtè ablatæ,vel detentæ reddi
Radices reſtitutionis ſecundum Toletũ,ſun
videlicet, Res iniuſtè accepta, Res iuſtè acce
acceptio,& Acceptio iniuſta.
45 Item ſecundum Ioannem Medinam ex trip
dice conſurgit Reſtitutio,nempe,ex iniuſta rei
ceptione,ex iniuſta rei alienæ retẽtione,& ex
ta, iniuſtæ acceptioni,aut retentioni.
46 Item ſecundum Caietanum in ſumula, Radi
tutionis ſunt duæ ſcilicet, Acceptio, & Reſ. Vn

reſtitutio conſurgit, aut ex acceptione, putà quia accepit Mutuo, Depoſito, Commodato, Pignore. Furto, Rapina, Fraude, Combuſtione. Excidio, & ſimilibus: Aut cõſurgit ex Re, putà, puia res aliena eſt apud eum in ſe ipſa, vel in ſuo effectu, fructu, ſeu æquiualente: Aut ex vtraq; ſcilicet, acceptione, & Re ſimul: vt quia accepit, & habet rem alienam. Nota quod reſtituere in ſolidum eſt reſtituere totum.

47 In qualibet Reſtitutione, octo ſunt conſideranda his verſibus cõtenta.

Quis. Quid, Vbi, Quãtũ, Cui, Quãdo, Quomodo, Quoue,
Ordine reſtituas, ſic pie Lector habe.

QVIS: ſcilicet nõ ſolus rapiens, ſed quicunq; fuit cauſſa efficax damni, vt infra dicetur.

48 QVID: ideſt rem alienam, non ſolum ablatam, verum etiam id, quod bona fide poſſidebant: Damnum, intereſſe, & fructus perceptos, nec non honorem, & famam: & ſi res conſumpta eſt, reſtituendum erit æquiua'ens.

49 VBI: ideſt ſi reſtitutio fienda, conſurgit ex actione iniuſta, debet fieri in tali loco, quod Dominus remaneat indemnis: ſi verò conſurgit ex re aliena, quã poſſidebant bona fide, fiat reſtitutio vbi res habetur.

QVANTVM: ideſt æquale, & ſi quantitas eſt incerta, reſtituatur arbitrio boni viri, ſcilicet Confeſſarij.

50 CVI: ideſt regulariter fiat Domino rei, niſi rationabilis cauſſa obſtet: vt ſupra dixi de furto. num. 9. Si verò reſtitutio debet fieri ex eo quod dare, & accipere eſt prohibitum (vt in ſimonia) detur Eccleſiæ, vel pauperibus: vbi verò ſola acceptio eſt prohibita, reſtituatur damnum paſſum, vt in vſura. QVANDO: ideſt quò ad animum debet eſſe promptus quam cito reſtituere: quò ad exequutionem verò quàm cito adeſt oportunitas.

QVOMODO: ideſt per ſe, vel per perſonam fide dignã & occulta, occultè reſtituendo; & publica, publicè.

51 QVO ORDINE: vbi poteſt omnibus ſatisfieri, nullus ordo eſt, in reſtitutionibus: ſi verò nõ põt oibus ſatisfieri, prius reſtituendæ ſunt res alienæ, quæ adhuc extant in ſua ſpecie, poſtea certa, deinde incerta. Ex Caiet. in ſum.

Nota

Nota quod ne dum principalis damnific
reſtituere,ſed etiam participans,quando fui
qua non,in caſibus expreſſis perſequentes v
Iuſſio,conſilium, conſenſus, Palpo, Recu
Participans,mutus, non obſtans, non ma

Nota expoſitionem præfatorum ver

53 IVSSIO: vt cum Dominus iubet ſeruo,
vt furetur. CONSILIVM, facto, vel verbo.
SVS, ſcilicet expreſſus cooperationis. PA
Adulator,qui laudat aliquem de furto. REC
ue receptans furem cum furto in domo ſua .
PANS, ideſt partem accipiens in furto. MV
qui videns aliquid,vel ſciens aliquem furare
tacet doloſè. NON OBSTANS, Scilicet fur
ſuo periculo reſiſtere poſſit. NON MAN
qui ſcilicet,vbi res furtiua eſt, & non indica
ſcienter,& maximè cum interrogatur à Iudi
lio,cuius eſt ſi ſciat furem. Aſtenſis.

54 Nota quod ſolum tenentur officiales,& n
bus præfatis vltimis caſibus.

55 Nota etiam quod diſtinguitur de quolibet
aliorum quinque caſuum hoc modo; ſcilice
ſine ipſo damnum ſequutum fuiſſet,aut non:
netur inſolidum, ſed ſolum in tantum, quan
inde.Si non,tenetur ad totalem reſtitutione
ti;quia qui occaſionem damni dat,damnum
tur. Quod verum eſt de eo,qui dat occaſione
habet dominium,& auctoritatem ſuper eum
intulit damnum,cum aſiàs ille non intuliſſet.
reſtituente totum, alij non tenentur damni
tuere, ſed illi, qui fuerant principales in fac
quos res peruenit, reſtituere tenentur illis,
rant pro rata portionis,quæ eos contingit.
Corona,& Aſtenſ.

56 Aduerte tamen quod quando plures dolo

runt damnum alicui; ſi vnus reſtituat, alij liberati ſunt, nec credo in conſcientia, etiam de neceſsitate, teneantur primo ſatisfacienti; quia obſtat ſibi turpitudo ſua; niſi iſte fuiſſet cauſſa ſine qua non induxiſſet eum ad tale qd faciendum: Sed de bono conſilio debet dari Pauperibus ſi quid habuit. ita Angelica. v. fur. §. 16. concordat Angleſ. 4. de Reſtit. 2. p. fol. mihi 150.

Nota de Turpi lucro, quod ſic deſcribitur in Angelica, eſt quicqd acquiritur ex cauſſa inhoneſta, vel im pbãda.

57 Si quis lucratur turpiter, ideſt ex turpi cauſſa, vt ex meretricio, non tenetur ad Reſtitutionem. Vnde dicit Auguſtin. quod meretrix, turpiter acquirit, ſed non turpiter accipit. Vnde dicit Ioſeph Angleſ. in 4. p. p. de matri. fol. mihi 327. quod tenetur reddere centum, qui illa promiſit, vt homo interficeretur, adimpleta conditione: ſicut qui promit pretium Meretrici, quia, inquit, quamuis conditio fuerit turpis, res tamen promiſſa fuit honeſta.

58 Nota etiam quod quaudo turpitudo eſt reſpectu recipientis tantum, ſcilicet quando accipit aliquod, vt faciat id, ad qđ tenetur; putà datur Iudici, vt iudicet; quia ex induſtria ſententiam ad longum protrahit: vel datur Depoſitario vt Depoſitum reddat quando tenetur: Omnes huiuſmodi cum accipiant pro his, ad quæ tenentur, malè accipiunt; & tenentur reſtituere, & tunc in his, & ſimilibus caſibus reſtituendum eſt ei, qui dedit.

59 Vel datio eſt illicita ratione vtriuſq; partis, puta quia datur ad corrumpendum Iudicem, aut ad emendum Beneficium, aut ad falſum teſtandum, vel ad homicidiũ perpetrandum, vt dixi: & tunc non debet reſtitui ei, qui dedit, ſeu pauperibus de bono cõſilio: dummodo actio fuerit conſumata: alioquin danti erit facienda reſtitutio. Nõ enim dans Iudici, aut aſſaſſino, habuit voluntatem trãſferendi Dominium, niſi propter conſumatam actionem. ita Corona Confeſſ. & Angleſ. de reſtitut. 7.

Nota ex Veruecello citato in Sylueſtri. 5. Reſtitut. 2. q. 1. quando Reſtitutio non eſt facienda certæ perſonæ, ſed Pauperibus, tunc eſt tantum de conſilio, & non de obligatione.

60 Circa Reſtitutionem homicidæ. Homicidium eſt hominis ab homine facta occiſio. Et dicitur voluntarium quod animo, & intentione occidendi hominem perpetratur cum effectu; & iſtud committitur octo modis, videlicet.

Facto, Præcepto, Conſilio, Defenſione, Diſſuaſione, Cooperatione, Animatione, & Auxiliatione. De quibus vide in Angelica verbo, Homicidium.

61 Nota quod ſi quis ſuo nomine homicidium fieri mandauit, & ante effectum expreſsè, & ſine vlla fictione reuocauit, & prohibuit; immunis eſt ab homicidio: & idẽ eſſet ſi cõſuluit. Sed in hoc eſt differentia, quia Cõſulens ſi non firmiter credit, quod locum habeat reuocatio, tenetur indicare occidendo, vt ſibi caueat, ne ſit irregularis. Mandans verò non. Et diuerſitatis ratio eſt; quia ille cui conſulitur, agit pro ſe, ideoq; plus requiritur ad reuocandum effectum conſilij, qui concernit ipſum operantem: mandatario aut, qui agit pro mandante, ſufficit ſi conſtet de contraria uoluntate mandantis, non ſolum expreſsè, ſed etiam tacitè: vt ſi cũ occidendo pacem iniret, aut parentelam, vel amicitiam aliam ſciente mandatario. ita Syluestrina verbo, Homicidium. q. 9. §. 3. & Na. c. 27. num. 233.

Homicidium caſuale dicitur, quod præter voluntatem euenit, & ex caſu fortuito.

62 Homicida, ſecundum Scotum in 4. diſt. 15. tenetur totam vitam ſuam expendere contra infideles, vel Hæreticos in ſatisfactionem occiſi: vel in Orationibus, Ieiunijs, & huiuſmodi: quod ſi non poteſt, vel non vult hoc facere, tenetur ſaltem ad aliquam reſtitutionem arbitrio boni viri; & vltra eam tenetur placare læſos, quantum poteſt; & ſi occiſus aliquos ſuſtentabat, tenetur illis ad tantam ſatisfactionem, quantam vtilitatem, ſiuè lucrum occiſus dediſſet; & extimabitur ſecundum tempus, quo veriſimiliter victurus, & operaturus erat.

63 Conſiderabitur ergo ars, quam faciebat, qualitas perſonæ, ætas, & lucrum, quod acquirebat, & huiuſmodi, vt ſiat digna reſtitutio. Quod limito verum, niſi quis aliquẽ

occi-

occidiſſet, qui eũ agreſſus eſt, & occidiſſet cauſſa ſuæ defenſionis; licet aliqualiter modum exceſſiſſet; quia talis non ſic ſtrictè teneretur, cum difficilimum ſit iuſtum tẽperare dolorem. Item niſi quis ordine Iuſtitiæ interfeciſſet. Idem dic de vulnerante aliquem irremediabiliter, putà abſcindendo membrum, vel mutilando, quod tenetur non ſolum ad placationem læſi; & expenſas in medicos, ſed etiam ad omne lucrum quod potuiſſet acquirere. Concordat Angel. Reſ. 1.

64 Si autem vulnerauit remediabiliter, non tenetur vltra prædicta de placatione, & expenſis, niſi ad lucrum, quod perdidit tempore infirmitatis, ſi fuiſſet lucraturus. His, concordat Ric. & Landulph. in 4.

65 Nota ex Soto quod quando occiſus erat pauper, præfata obligatio de reſtitutione facienda hæredibus iniuſtè occiſi, non extenditur niſi ad filios, nepotes orbatos, parentes, & vxorem dum in viduitate viuit; hos enim tenebatur ſuſtẽtare ſi egerent: & ratio eſt, quia homo eſt quoddã bonũ, non ſolũ ſuum, ſed etiam prolis, Parentũ, & vxoris. Cœteris aũt, quos alebat occiſus, nõ teneť homicida ſubuenire; aliàs teneretur etiã famulis, & amicis, quos defunctus alebat. Idem lib. 5. de Iuſt. & iur. q. 1. a. 9.

66 Nota etiam ex Nauar. quod qui iniuſtè occidit hominem liberum, vel ferit, ad nil tenetur pro deformitate, vel cicatrice relicta, vel pro morte; quia vita hominis non eſt pretio æſtimabilis, ſed teneť ſatisfacere vt ſupra.

67 Latro, vel homicida punitur à Iudice, tenetur etiam reſtituere damnum parti, ſi pars vltra ſatisfactionem factã reipublicæ vellet ſibi ſatisfieri, & hæredes homicidæ tenentur parti. Nauarr. c. 15. num. 25.

68 Qui dolo, vi, aut fraude nocuit alicui in bonis animæ, inducẽdo eũ ignorantẽ, aut coactũ ad peccatũ mortale, dẽt eũ inducere ad pœnitẽtiã, & ad opa meritoria, impetrãdo pſe, vel aliũ à Deo illi⁹ cõuerſionẽ, nõ manifeſtãdo peccatũ occultũ; aliter peccat mortaliter. Nau. c. 14. n. 45

69 Circa Reſtitutionem famæ nota; quod ſi quis aliquem iuſtè infamauit, ſecundum ordinem iuris non tenetur famam reſtituere; quia nihil iniuſtum fecit: ſi aũt iniuſtè, &

falsò diffamauit debet reſtituere, dicendo ſe
xiſſe. Nec obſtat, quod ſe infamabit, vel ha
cundiam; quia cum damno alterius nemo de
mam acquirere. Si autem verum dixit, tamen
bat dicere, vt ſi peccatum occultum reuelauit
modo reſtituere, dicendo, quod iniuſtè diffan
& quòd malè fecit talia dicendo. Caueat tame
tiatur, quia non ſunt facienda mala, vt eueni
& ſi non poteſt famam reſtituere, debet alite
ſare, ſcilicet in pecunia. Sed quamuis hoc ſit ve
dum communiorem opinionem, tamen hæc
Syluestrinæ in verb. Detractio. & ratio ſua eſt,
qui pecuniam reſtituere non poteſt, non pot
penſare in fama, quæ non eſt eiuſdem generis
è conuerſo. Debet etiam ſatisfacere, de dam
ex tali infamatione: vt quando aliquis propt
priuatus eſt aliquo officio ſibi lucroſo, vel nō
plius ſolitas habere eleemoſinas, & huiuſmod
hominis arbitrium ſatisfiet. Idem dic de libell
tinellis famoſis &c. & fiat reſtitutio vbi facta
matio, publicè, vel ſecretè, ſecundum quod p
famatio.

70 Fallit tamen hoc, quod dictum eſt: Primò,
tali reſtitutione perſona magis infamaretur,
mines non amplius recordantur de tali infam
credent volenti reſtituere; ſed magis ſcandali
Et debet eſſe cautus in modo dicendi, vt tali m
quod non magis ſcandalizentur homines. Sec
do reſtitutio famæ non poteſt fieri, ſine pericu
malis, quàm ſit bonum famæ ſequuturum. Tert
dixit illi, qui poterat prodeſſe, vt ſuperiori, vel
dixit ſecundum ordinem iuris, vel correctionis
quæ præcipit, vt dicatur Eccleſiæ, quando ali
ratur correctio. Quartò, ſi talia dicta non ſint
ria, vt ſunt venialia, vel poſſunt in vtramque
terpretari. Quintò, ſi non affirmatiuè, ſed dub
xit. Sextò, ſi dixit ſe audiuiſſe tantum. Septimò
publicatum eſt. In prædictis non tenetur quis

tutionem famæ, quia bono modo non poteſt hoc agere.
Ità ſum. Armill. verb. Reſtitutio, num. 4.

71 Cum ſunt duo qui ſe inuicem infamarunt, an poſſit licitè non reddere famam alterius? Dico cum Toleto. lib. 5. c. 70. cum infamia æqualis eſt, id licitè poteſt fieri, ſicut fit in pecunijs, cum duo rapuerunt inuicem res alterius æqualis valoris, quamuis vterque peccauerit.

72 Nota regulam de reſtitutione: Quia ſecundum Nauarrum, ſunt quatuor bonorum ordines, videlicet Animæ, Corporis, famæ aut honoris, & pecuniæ. Et bona primi ordinis ſunt potiora bonis ſecũdi, & ſecundi potiora tertij, & tertij potiora quarti: & nemo tenetur reſtituere bona inferioris ordinis cum iactura bonorum ſuperioris: quãuis ſic cũ iactura bonorũ eiuſdem, aut inferioris ordinis. Idẽ c. 18. n. 47. in Man. poſt Caiet. 2. 2. q. 62.

73 De multis alijs, quæ pertinent ad reſtitutionẽ, vide Apud Summiſtas. Solum modo dicam duo verba circa illũ, qui à fure aliquid accepit ex furto; ſcilicet quod tenetur reſtituere (etiam ſi fuiſſet liberè donatum) at ſecùs eſſet ſi fuiſſet mixtum cum eius rebus (verbi gratia) cum frumento, aut pecunia, vt diſcerni non poſſet: quia in iſto caſu fur, ſiue latro habuit Dominium; vt dicit Syluestrina poſt Angel. verb. Reſtitutio. 3. quæſt. 6. §. 6. & ſic vt dixi non teneretur reſtituere.

74 Nota quod eſt duplex Debitum, ſcilicet legale, & naturale, ſiue morale: primum oritur ex legali contractu, videlicet, ex mutuo, commodato, depoſito, locato, præcario, empto, & vendito, & obligat ad reſtitutionem; Sed ad ſecundum, quia acquiritur ex gratitudine, & beneuolentia non tenetur.

75 Inuenitur etiam apud Doctores, quod aliquis habet aliquid pœnes ſe ex titulo lucratiuo, & oneroſo; vnde titulus lucratiuus oritur, ex Donatione, cõmodato, pignore, & huiuſmodi, in quo lucratur: oneroſus autem naſcitur ex Dote, emptione, venditione, &c.

Hic finaliter pro toto iſto capite ponenda eſt Regula ordinis reſtitutionis; quam reliquimus ſupra de reſtitutione in communi, quæ eſt talis, ſcilicet.

76 In ordine Reſtitutionis, hic ordo eſt ſeruandus, vt placet Doctori Seraphico, nẽpè prius debita ſunt ſoluẽda illa, quæ cum maiori iniuria ac peccato fuerunt contracta; eo quod quãdo nõ poteſt ſimul ab omnibus peccatis recedi, ſed ordinatim recedendum eſt, conuenit prius à grauioribus, quàm à leuioribus recedere. Applicanda eſt igitur hæc Regula ad reſtitutionem rapinæ, furti, atque vſuræ, &c.

De Peccatis in communi, & in Speciali.

Cap. XII.

1 PEeccatum in communi eſt iniquitas. 1. Ioannis, c. 3. Vel, eſt abſentia boni vbi debet eſſe. ita D. Auguſt. de Ciuit. Dei.

Item ſecundum Alexand, Alenſ. 2. p. ſum. eſt, Demeritum pœnæ.

Item ſecundum. S. Thom. eſt actus humanus malus.

2 Peccatum eſt duplex ſcilicet, originale, & actuale.

Peccatum orginale ſecundum. S. Anſelmum, eſt Carentia Iuſtitiæ originalis debitæ in primis parentibus acceptæ.

Vel, Peccatum originale eſt Carentia originalis Iuſtiſtitiæ debitæ in primis parentibus acceptæ, & amiſſæ, ex trãſgreſſio ne legis diuinæ, ab eiſdem deriuata in omnes naturaliter propagatos ſecundum legem communem obligans ad pœnam damni, & cœteras ad talem carentiã ſequentes. Pelbar. in 2. Roſar. Theolog.

Peccatum dicitur originale, quod à ſua cuiq; inſit prima origine, ideſt natiuitate. Angleſ. in 2.

3 Peccatũ actuale eſt duplex ſcilicet Mortale, & veniale.

Peccatum actuale mortale eſt, ſecundum S. Ambroſiũ Præuaricatio legis Diuinæ, & Cœleſtium inobedientia mandatorum.

Item ſecundum. S. Auguſtinum eſt dictum, vel factum, vel concupitum, quod fit contra legem Dei.

4 Nota quod ponitur, dictum, propter peccatum oris; factum, propter peccatum operis; concupitum, propter pec-

peccatum cordis. Ponuntur etiam ibi dictũ,& factũ, tanquàm materiale remotum; concupitum verò vt materiale proximum: contra legem Dei, ponitur tanquam formale.

5 Nota etiam quod præfata deſcriptio comprehendit nedum peccata commiſſionis,ſed etiam omiſſionis. Vnde omnis affirmatio,& negatio reducitur ad idem genus & ideò pro eodem eſt accipiendum, dictum, & non dictum,Factum,& non factum, &c. Lex autem Dei comprehendit etiam omnem legem, nempe æternam, naturalem,diuinam,& poſitiuam in quantũ omnes leges proueniunt à Deo.

6 Item ſecundum.S.Thom.1.p.quæſt.63. art.1.& 2. 2.q.162.art.1.& 1.2.q.21.art. 1. Eſt actus deuians ab ordine debiti finis contra regulam naturæ,rationis, vel legis æternæ.

7 Item ſecundum Doctorem ſubtilem,eſt auerſio à Deo, & conuerſio ad creaturam.ille in 2.diſt.43.

Item ſecundum Gabrielem,eſt voluntaria commiſſio, vel omiſſio contra rectam rationem.Idem in 2.diſt.35.

Peccatum dicitur mortale,quia infert mortem culpæ, & aufert vitam gratiæ.

8 Peccatum actuale veniale eſt complacentia, ſeu voluptas in creatura infra,ſeu citra Deum.Gerſon.

9 Peccatum dicitur veniale,ab adueniendo, quia venit ex ſurreptione,& pronitate naturæ corruptæ. Gerſon.

Peccatum veniale dicitur tripliciter. Primò quo ad cauſſam;& ſic veniale dicitur,quod factum eſt,per ignorantiam,vel infirmitatem.

Secundò,ex euentu; & ſic omne mortale per verã pœnitentiam ſubſequentem fit veniale; ideſt remiſſibile, & ſic venia dignum.

Tertiò veniale dicitur quod ſecundum ſe habet, vt facile remittatur eo q̃d nõ demeretur pœnã æternã ſecũdũ Dei iuſtitiã;contra Gabrielem.in 4.ſen.diſt: 16.q.2.art.1. E.Et tale peccatũ differt à mortali; Primò in auerſione, quia non auertitur quis à Deo per peccatum veniale, ita, vt faciat contra Dei mandatum ſcienter, aut ex

contemptu. Secundò, differt in dilectione creaturæ; quia non ſic diligit quis creaturam, dum videlicet peccat venialiter, vt ibi finem conſtituat; nec contrariatur charitati; ità vt non remaneat charitas, ſed tantum minuit feruorem charitatis; tamen manet habitus charitatis ſimul ſtans cum veniali. Tertiò differt punitione; quia veniale de per ſe non punitur niſi pœna temporali; ſed peccatum mortale obligat ad pœnã æternam, ita Pelbar. in 2. Roſ. Theolog. Peccatum. §. 15. poſt Scotum.

11 Nota ex Alexandro Alenſ. 2. p. 5. & in 4. p. q. 68. Membr. 1. art. 2. ad Argum. & S. Bonauentura in 2. diſt. 42. in fine ar. 2. Quod peccatum veniale non eſt offenſa Dei: quamuis verum ſit quod cum veniali peccato minus Deus amatur, ſecundum quòd Auguſtinus dicit in libris Confeſſ. Minus te amat, qui tecum aliquid amat, quod propter te non amat. Ideò veniale vitam æternam non aufert, ſed retardat: et à Deo non ſeparat, ſed elongat: nec obligat ad pœnam, vt dixi, æternaliter cruciantem quantum eſt de ſe; Sed temporaliter affligentem: tamen pro concordia præfatorum Doctorum cum alijs poſſumus dicere, quod veniale non eſt offenſa Dei inquantum non eſt contra Dei præcepta, tamen peccatum veniale eſt offenſa Dei, quia eſt, & fit præter legem Dei.

12 Peccatum veniale, fit mortale pluribus modis: & Primò ex fine, vel intentione, putà quando actus ex ſe venialis refertur ad mortalem, ſicut ad finem: exempli gratia, cum quis dicit verba ocioſa, vel mendacia iocoſa, intentione pertrahendi ad fornicandum. Secundò, ex nimia complacentia, vel affectione; vt quando tantum afficitur àlicui rei, quòd etiam ſi eſſet contra Dei præceptum, adhuc vellet eam accipere; putà furando, & huiuſmodi. Tertiò veniale fit mortale ex conſcientiæ dictamine, etiam ſi conſcientia ſit erronea; putà quia credit eſſe mortale, & tamen illud cõmittit: vnde S. Auguſt. Omne, quòd fit contra conſcientiã, edificat in gehennam. Quartò, ex moroſa delectatione, ſcilicet, quando quis conſentit deliberatè, & verè, vel interpretatiuè in Delectationem.

Nota

13 Nota quod Moroſa delectatio inducit conſenſum verum,quando ex huiuſmodi mora diutinæ Delectationis creſcit libido, adeò, vt homo velit omninò in vitiorum delectatione perſiſtere; licèt non intendat opere perficere. Tunc verò inducit conſenſum interpretatiuũm quãdo homo aduertens periculum, delectationis retentæ, negligit eam compeſcere per rationem, vel voluntatẽ. Hoc enim non eſt abſque contemptu ſalutis propriæ, eo quòd ſe ipſum diſcrimini peccati mortalis exponit. Pelbart.2.Roſ.Theolog.ver.Pec.§.17.& ſen.§.11.

14 Delectatio moroſa ſic deſcribitur à ſum.Armilla. ver. Cogitatio.eſt quando quis cogitat de aliquo actu, non vt illum faciat,ſed vt delectetur de ipſo actu cogitato.

15 Cogitatio,ſiuè Moroſa delectatio, fit quatuor modis, vt dicitur in ſermonæ.86.Diſcipuli de tempore. Primò, quando quis habet turpem cogitationem contra ſuã voluntatem,& hoc nullum eſt peccatum.Secundò,quando quis delectatur ſine conſenſu plenæ rationis, & tunc eſt peccatum veniale.Tertiò, committitur quando quis dat conſenſum in moroſam delectationem,ſicut qui delectatur cũ plena ratione in multis cogitationibus, & in eiſdem ſe voluit,licet nolit ad actum procedere;& tunc eſt peccatum mortale.Quartò,committitur quando quis ex mala cogitatione,& delectatione dat conſenſum,& voluntatem ad ipſum opus:& hoc ſemper eſt peccatũ mortale. Adde ex Armilla vt ſupra, quod delectare de mortali,eſt mortale,& de veniali,eſt veniale.

16 Peccatum mortale non poteſt fieri veniale,quia id qđ eſt perfectum in genere peccati, non poteſt fieri imperfectum per additionum;quia non diminuitur, peccatum eius qui fornicatur,vt dicat verbum otioſum, ſed magis agrauatur:poteſt tamen id quod eſt ex genere mortale eſſe veniale propter imperfectionem actus,vel ex indeliberatione rationis,vel ex ſurreptione mentis, vt etiam dixi ſupra.Vincent.Beluacen. poſt San. Thomam in pri. ſecundæ.

17 Primus motus ſic deſcribitur in compend.Theologiæ, eſt motus ſenſualitatis ſecundum impulſum fomitis im-

petuoſè tendentis ad fruitionem creaturæ delectabilis
18 Nota, qđ dupliciter primus motus diſtinguitur (quã-tum ad præſentem materiam ſpectat) ſcilicet primò primus, qui eſt naturalis, & ſecundo primus, qui eſt ſenſualitatis. Cum ergo loquimur de primis motibus, quod ſunt peccata, intelligendum eſt de ſecundo primis; qui ſunt ſenſualitatis; quia primo primi, non ſunt peccata, cum ſint naturales, & extra genus moris. Motus autem ſecundo primi ſunt peccata, quia ſunt actus inordinati in genere moris. Dicendum quoq; quod primi motus, ſecundũ prædicta, ſunt peccata venialia triplici ratione. Primò quia mouent ad illicitum. Secundò quia ſunt quodammodo voluntarij, non ſecundum ſe, ſed quia non impediuntur à voluntate; vel etiam propter præcedentem appræhenſionem. Tertiò propter delectationem annexam. cum enim anima per delectationẽ coniungitur creaturæ, obtenebratur, & peioratur; ſicut quãdo coniungitur Deo, illuminatur, & melioratur. Hæc Albertus ibi. Concord. Alexand. Alenſ. in 1. p. ſummæ.
19 Peccatum commiſſionis eſt tranſgreſſio legis quò ad præcepta negatiua: vt puta, non occides, nõ mechaberis.
Peccatum omiſſionis eſt tranſgreſſio legis quò ad præcepta affirmatiua; ſicut ſunt, diliges Dominum, honora Patrem, & Matrem. &c.
20 Reatus, eſt obligatio ad pœnam propter peccatum: & aliquando vocatur macula, & offenſa. Scotus.

Culpa peccati, eſt malũ, quod agimus. } S. Auguſt.
Pœna peccati eſt malũ, quod patimur. }

21 Adhuc etiam nota, quod culpa, ſeu macula peccati eſt quædam relatio rationis: vnde Deus reputat facientem peccatum mortale indignum gratia, & gloria ad actum præſentem, quia tunc peccatur; vel quia iam factum eſt peccatum, & non eſt pœnitentia deletum; vel præteritũ: quia diuina voluntas facit illum, qui fecit, reputans indecentem in eſſe mortali: nam ille peccator reputatur à Deo, ac ſi non eſſet; loquendo, de eſſe mortali, nõ de naturali; quia peccator naturaliter eſt, ſed non moraliter ſiue virtuoſè, vel gratificè; ex qua indecentia relata ad actum.

actum præteritum, vel præſentem, naſcitur obligatio ad pœnam, quia ſcilicet Deus obligat eundem peccatorem ad pœnam æternam, ex determinatione voluntatis diuinæ.

12 Et ideò, aliud eſt remittere culpam, aliud pœnam. Quando enim Deus non concipit hominem, ſub iſta indecentia, tunc remittitur culpa: quando verò non concipitur ſub obligatione ad pœnam, tunc remittitur pœna. Et ſic patet quomodo culpa differt à pœna. Petrus Aureol. in 4. diſt. 14. q. 4.

13 Peccatum mortale, quamuis committitur in momento, & temporaliter, tamē iuſtis de cauſſis punitur à Deo æternaliter; quia per peccatum, offenditur Deus, qui eſt æternus. Vnde dicit D. Gregorius: Iniqui libenter voluiſſent ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine in iniquitatibus permanere. Ad diſtricti ergo iudicis iuſtitiam pertinet, vt nunquam careant ſupplicio, quorū mens in hac vita nunquam voluit carere peccato.

14 Peccatum mortale diſcernitur adhuc, vltra ea, quæ dicta ſunt ſupra, multis modis. Primò, omne peccatum, cui in ſcripturis promittitur priuatio Regni Cœleſtis, illud eſt peccatum mortale. Secundò, ſi eſt notabiliter contra charitatem Dei, & proximi, eſt mortale. Tertiò, ſi eſt contra præcepta Dei, vel Eccleſiæ, eſt mortale: ſecùs eſt, ſi eſt præter, tunc erit veniale. Quartò, erit mortale, ſi eſt contra vota, vel conſtitutiones iuratas, vel obligantes ad mortale: ſimiliter ſi eſt contra conſcientiā, dictantem eſſe mortale. Quintò, ſi eſt contemptus; qui eſt cum homo ita afficitur ad aliquid peragendum, quod in corde ſuo deliberatiuè firmat quod illud non dimitteret, etiam ſi ſciret eſſe contra Dei præcepta. Sextò, ſi ponitur finis in Creatura; quòd cognoſcitur cum quis potius eſt paratus peccare, quam relinquere talem creaturam.

15 Nota tamen, ſecundum S. Antoninum. 3. p. tit. 17. c. 18. quod quando quis diligit aliquam creaturam magis, quā Deum, ſed propter hoc nollet Deum offendere, aut eo carere, nec etiā eius amicitiam perdere; talis amor creaturæ non eſt peccatum mortale, quod intellige de tenera

affe-

affectione, non autem de comparatiua appretiatione: vt ſupra in tractatu de Contritione.
26 Alia eſt etiam Regula ad diſcernendum peccatū mortale à veniali: vnde quotieſcunq; quis facit contra legem Diuinam, vel humanam obligantem ad mortale, sẽper eſt peccatum mortale; ſed faciendo præter legẽ, ſiuè præter leges dictas, eſt peccatum veniale: facere autem præter legem eſt non obſeruare omnem modum, quem lex Sancta intendit; vt verbi gratia, Eccleſia præcipit Ieiunari in vigilijs: qui facit contra, non Ieiunando, peccat mortaliter; quia contra præceptum Eccleſiæ; ſed qui Ieiunat, & non obſeruat modum, quem Eccleſia intẽdit, ſcilicet horam determinatam cum parſimonia in cibo, vt caro maceretur, & huiuſmodi, non facit contra præceptum, ſed præter; & ſic peccat, vt dixi, ſolùm venialiter. Coron. Confeſſ. poſt Angelicam. ver. Peccat. §. 1. San. Raymondus conſulit, quod non ſimus nimis prompti Iudicare peccata mortalia, niſi conſtet nobis per certam ſcripturam; aliter enim citò poſſent homines induci ad deſperationem. Hæc ille in ſumma.
27 Peccata nõ ſunt omnia æqualia, ſed vnum eſt grauius altero tripliciter, ſecundùm S. Bonauenturam in 2. diſt. 42. videlicet. Primò, ratione, maioris contemptus Dei. Secundò, ratione maioris Delectationis. Tertiò, ratione maioris damnificationis.
28 Actus interior voluntatis, & exterior alicuius potentiæ, quando ſunt coniuncti ad vnum malum finem, non ſunt duo peccata, ſed vnum; at multiplicatio voluntatis actuum peccata multiplicat, ſaltem quantum ad numerum; vt ſi vadens ad occidendum hominem diuertat voluntatem ad alia, & poſt iterum deliberat occidere, ſemper multiplicat peccatum; nec eſt vnum peccatum numero, licet ſit vnum ſpecie: ſunt enim hic plures actus deformes, ipſius voluntatis numero diſtincti, licet nõ ſit niſi vnus actus exterior ſine quo etiam voluntas peccaſſet. Tabiena. verbo, Peccatum. nu. 8.
29 Quando ſunt plures actus exteriores, ſed vnus actus voluntatis, non ſunt plura peccata, ſed vnum; habens

tamen

tamen plures deformitates: vt ſi quis furetur vt luxurietur, vel propter gulam; omnis enim iſti actus ordinantur ad vnum finem, à quo habent actus vnitatem ſpecificã; vnitatem autem numeralem ab actu voluntatis vno, & continuato: à voluntatem enim peccatum eſt, ſine qua peccatum eſſe non poteſt. Ad hæc vide infra de circumſtantia Quoties. Armill. verbo, Peccatum.

30 Peccatum originale minus habet de culpa in nobis, quàm peccatum veniale; quia minus voluntarium; ideò minor pœna debetur ei: licet reſpectu naturæ ſit grauius. Armill. vt ſupra.

Peccatum cordis eſt tranſgreſſio legis Diuinæ per inordinationem intrinſeci motus mentis.

31 Peccatum operis eſt tranſgreſſio legis Diuinæ per inordinationem aliorum extrinſecorum motuũ, & ex conſuetudine. Innocent. III.

Peccatum oris eſt tranſgreſſio legis Diuinæ oris inſtrumento, vel medio facta.

32 Non peccat, qui hominem deliberatum ad committendum maius peccatum inducit ad minus: verbi gratia, ſi vult occidere, vt tantum percutiat: ſi adulterari, vt fornicetur. Nauar. c. 14. num. 40. in Manuali.

33 Quæritur, An vnum mortale ſit maius altero, vel magis quàm alterum? Reſp. Secundum Alexandrum Alenſ. 2. p. de P. M. Aliud eſt dicere maius, & minus in peccato mortali; & aliud eſt dicere maius, & minus mortale. Primò, modo ſcilicet maius, & minus mortale refertur ad quantitatem peccati, in genere peccati, cui etiam maior acerbitas pœnæ, ſecundũ libidinis menſurã, ei reſpondet. Secundo modo ſcilicet magis, & minus mortale, refertur ad ipſam ſeparationem à Deo, qui eſt animæ vita, etiam in quantum ei pœna æterna reſpõdet. Sicut ergo in æternitate pœnæ non eſt magis, & minus, ſic nec in ſeparatione eſt magis, & minus: vel ſic etiam mortale peccatũ dicitur in eo quod reſpicit mortem gehennæ, in qua aliquid eſt quod dicitur ſecundum magis, & minus; vt magis puniatur iſte quàm ille; non inquantum vterq; æternaliter punitur.

34 Peccatum mortale producit quatuor hos effectus: & Primò eſt corruptio illius boni in quo eſt;nempe,quia illi nocet,ſcilicet voluntati,& eius bonitatem tollit.Secũdò,quia eſt corruptio habituum acquiſitorum,quibus repugnant habitus naturaliter mali. Tertiò eſt corruptiuũ rectitudinis, qua voluntas noſtra conformatur diuinæ voluntati . Quartò,quia eſt corruptiuum boni ſuper naturalis,ſcilicet gratiæ,& meritorum.Gullielmus.

35 Interrogatio,Si peccatum mortale primum,tollit,aut corrumpit gratiam,quid facit, aut tollit ſecundum, tertium, &c.? Reſpon. Per primum peccatum, homo ſeparatur à gratia ; & à Deo;per reliqua elongatur. Vel per primum fuit gratia ſubtracta: in ſecundo,& alijs ſubtraheretur ſi ad fuiſſet; & hoc non ex parte peccati, in quo non inuenitur huiuſmodi bonum, ſcilicet gratia : ſed ex parte ſubiecti, in quo non inuenitur huiuſmodi bonum, quod ſubtrahendum eſſet : & quamuis non deperdatur gratia in ſecundo peccato, & cæteris, tamen ſemper homo elongatur à Deo per illa. Hæc virtualiter Alexander Allenſ.ſecunda part.quæſtione101.M.1.& quæſt.127. M.5.

36 Gullielmus Scotiſta dicit, poſt Scotum, quod peccatum non corrumpit gratiam formaliter oppoſitione,ſed ſolum demeritoriè: quia peccans mortaliter demeretur amittere gratiam: & quod ſolum deſtruit rectitudinem actus, non quidem quæ in eſt,ſed quæ deberet in eſſe; cum illo actu voluntas teneatur ſe conformare voluntati diuinæ. Vnde ſi etiam voluntas peccaret infinitis peccatis ſemper aliquid boni corrumperetur, non quidem tranſmutando, ſed priuando id, quod deberet ineſſe; ipſa tamen voluntate integra remanente. Idem in 2.diſt.35.

37 Remiſſo peccati per auctoritatem, fit à ſolo Deo. de pœn.diſtin.v.Can. Verbum. Per officium autem ſeu miniſterium fit à Prælato,etiam malo.23 .quæſt.5. cap. Remittuntur.Per meritum verò ſolum à bono fit.de conſe. diſt.4.Can.Quomodo.

38 Nota ſecundum Petrum Aureolum in 4. diſt. 17.q.1.

Quod

Quod niſi meritum Chriſti applicetur actualiter iſti, vel illi, nulla culpa peccati deletur, cum ſolum in virtute Paſſionis Chriſti deleantur: de lege ordinata intelligitur ſecundum Scotum, in 4. diſt. 15. q. 1. Et ideò, cum Sacramenta ſint immediatum applicatiuum Paſſionis Chriſti ad nos, opportet, ſi culpa debet dimitti, qnod per aliquod Sacramentum, vel de facto exibitum, vel in voto, fiat: propterea adultus, quantumcunque cõtritus (niſi ſimul concurrat oris Confeſſio in facto, vel ad minus in voto) non conſequitur remiſſionem peccati.

39 Peccata venialia octo modis remittũtur, vnde verſus.

Confiteor, tundo, conſpergor, conteror, oro,
Signor, edo, dono, per hæc venialia pono.

Declaratio ideſt per confeſſionem generalem, per tunſionem pectoris, per acquam benedictam, per contritionem, per orationem Dominicalem, per benedictionem Epiſcopalem, per ſumptionem Euchariſtiæ, & per eleemoſinam.

Originale peccatum remittitur per ſuſceptionem Baptiſmi actu, vel voto.

Notula de Peccatis in Speciali.

40 Peccata quædam ſunt ſpiritualia, quorum finis eſt ſpiritualis delectatio, vt ſuperbia: Alia carnalia, quorum finis eſt delectatio carnalis, vt Luxuria, & huiuſmodi: de ijs Apoſtolus ait: Mundemus nos ab omni inquinamento carnis, & ſpritus. Carnalia ſunt duo, videlicet Gula, & Luxuria, cœtera quinque ſunt ſpiritualia. S. Gregor.

41 Peccata Mortalia notantur per iſtam dictionem Saligia, ſcilicet, Superbia, A. L. I. G. I. A.

Septem ſunt peccata mortalia	Oppoſita ſeptẽ virtutibus.
Superbia.	Humilitas.
Auaritia.	Liberalitas.
Luxuria.	Caſtitas.
42 Inuidia.	Charitas.
Gula.	Sobrietas.
Ira.	Manſuetudo.
Accidia.	Solicitudo.

43 Præfa-

43 Præfata ſeptem peccata dicuntur capitalia, quia ex ipſis oriuntur alia vitia; non autem quod ſemper peccet mortaliter, qui in illa labitur; imò eſt difficilimum iudicare quando peccatur mortaliter, excepta luxuria.

Superbia eſt inordinatus appetitus propriæ excellentiæ.

44 Vnde dicitur ſuperbia? Reſpon. quod dicitur à ſuper eundo, vel ſuper gradiendo, quia ſuper videri vult quàm eſt: vt dicit D. Iſidor.

45 Superbia dicitur initium omnis peccati: quia in omni peccato inuenitur cõtemptus Dei, qui eſt quædam cauſa peccati; & talis contemptus eſt ſuperbia. Item dicitur initium omnis peccati, quia fuit principium peccatorũ hoc enim peccato peccauit Diabolus in Cœlo, & primus homo in Paradiſo Terreſtri. Gen. 3.

46 Quatuor ſunt ſpecies ſuperbiæ. Prima, cum bonum, quod quis habet, à ſe exiſtimat habere. Secunda, cũ æſtimat, quod datur, ſibi ſuperius à Deo pro ſuis meritis dari. Tertia cum ſe iactat habere, quod non habet. Quarta, cum deſpectis cœteris ſingulariter appetit videri habere quod non habet. S. Gregorius.

47 Differentia eſt inter ſuperbiam, Ambitionem, & Inanem gloriam: quia Superbia eſt (vt dixi) inordinatus appetitus propriæ excellentiæ: Ambitio verò eſt inordinatus appetitus honoris: Inanis autem gloria eſt inordinatus appetitus gloriæ.

48 Filiæ ſuperbiæ ſunt Decem: ſcilicet Ambitio, præſumptio, arrogantia, pertinacia, curioſitas, ingratitudo, iudicium temerarium, irriſio, tentare Deum, & Adulatio.

Ambitio eſt vtſupra. Præſumptio eſt quando quis actu interiori, vel exterriori, aggreditur opus excedens ſuam facultatem, quaſi non excedat. S. Thom.

Arrogantia eſt qua quis multum ſe exiſtimans, cœteros, quos iufra ſe videt, deſpicit. Angelica.

Pertinacia eſt qua quis in propria ſententia, pluſquam oportet perſeuerat. S. Iſidorus.

Curioſitas eſt ſtudium circa inutilia, aut vtilia, magis quam liceat, deceat, vel expediat. Gerſon.

Ingra-

Ingratitudo eſt vitium oppoſitum gratiæ, & ſiuè gratitudini, vnde ſicut gratitudo eſt virtus retribuens benefactori quod debet: ita ingratitudo eſt vitium non retribuens benefactori quod debet. Sylueſtrina.

Iudicium temerarium eſt cum aliquis iudicat de his, quæ ſunt dubia, vel occulta propter aliquas leues coniecturas. S. Thom. 2.2.q.50.art.2.

49 Circa iudicium temerarium eſt ſciendum, quod quando aliquis, non habẽs manifeſta indicia de peccato mortali, iudicat, ideſt firmiter in corde definit proximum ſuum eſſe in peccato mortali, vel peccaſſe mortaliter, tunc ipſe mortaliter peccat; quia vſurpat ſibi Iudicium Dei cum contemptu proximi ſui. Si autem iudicat de veniali; non peccat niſi venialiter. Si verò habet manifeſtas euidentias non peccat, præſertim mortaliter. Nec mortaliter peccat, quando non habens eas non iudicat, ſed ſolum ſuſpicionem habet: in quo caſu, aliquando nec venialiter peccat, quia ſuſpiciones euitare nõ poſſumus. Sauonarol. in Confeſſ.

Irriſio eſt cum quis malum, vel defectum alicuius in ludum, vel riſum ponit, vt erubeſcat. S. Thom. & dicitur propriè irriſio, vel deriſio, ſi fiat verbo, vel cachinno: ſub ſannatio verò ſi fit rugato naſo.

Tentare Deum, eſt explorare præſumptuosè Dei potentiam, ſcientiam, vel voluntatem. Ex S. Thom.

Adulatio eſt exceſſus delectandi alios verbis laudis, aut factis.

50 Auaritia eſt inordinatus appetitus, ſeu amor habẽdi.

Auaritia conſiſtit in tribus, ſcilicet in appetendo, acquirendo, & retinendo inordinatè, res temporales. Angelica.

Filiæ Auaritiæ ſunt ſeptem; ſcilicet proditio, fraus, fallacia, periurium, violentia, inquietudo, & obduratio.

Proditio eſt, deceptio contra fidem datam, uel debitã in damnum alicuius.

Fraus eſt, quando acquiſitio cuiuſcunq; rei fit cũ dolo, & fallacia.

Fallacia eſt, deceptio, & dolus in uerbo ad decipiendũ proxi-

proximum, ſiue in vendendo, ſiue in emendo.

Periurium eſt veritatis fraudolenta abnegatio, latenter facta ad decipiendum aliquem, ad firmandum mēdacium cum Iuramento.

Mendacium eſt falſa ſignificatio vocis cum intentione fallendi.

Mendacium triplex, ſcilicet, Officium, Iocoſum, & pernicioſum. Pernicioſum lædit, Iocoſum delectat, & Officioſum prodeſt.

51 Nota, quod differt mentiri, & falſum dicere. vnde mētiri eſt contra mentem ire: quare ille qui dicit quod putat aliud, ſiue illud ſit verum vel falſum, mentitur: falſum poteſt quis dicere ſine mendacio, vt cum credit verum, cum tamen non ſit. Vngarellus Confeſſ. 1.

52 Falſarius eſt qui crimine falſi tenetur, vel qui falſariorum crimen admittit: & ad hoc quod quis poſſit puniri de crimine falſi, oportet, quod adſint hæc tria; videlicet, Mutatio veritatis, Dolus, & Iactura. Falſitas verò non ſolum committitur dicendo falſum, ſed etiam tacendo verum: vnde D. Auguſt. Reus eſt, & qui veritatē occultat, & qui mendacium dicit: quia, & ille prodeſſe non vult, & iſte nocere deſiderat. Armill.

Violentia eſt, occupatio rei alienæ inuito domino.

53 Inquietudo eſt nimia ſolicitudo circa Diuitias acquirendas, & cum cordis feruore ex ardeſcere, & plus inuigilare quàm decet.

Obduratio eſt, quando auarus obdurat, & confirmat cor ſuum, quod nihil dabit pauperibus, nec miſericorditer ſubueniet alteri.

54 Luxuria eſt libidinoſæ voluptatis appetitus: vel eſt in immundis deſiderijs lubricameutum, & carnis proſtitutio: & dicitur à luxu ideſt ſolutione, ſeu fluxu: vnde luxurioſus dicitur ſolutus in voluptates. S. Iſidorus.

Species luxuriæ ſunt ſex ſcilicet, Fornicatio ſimplex, Adulterium, Inceſtus, Stuprum, Raptus, & vitium contra naturam.

Fornicatio eſt quando ſolutus cum ſoluta exercet actū venereum, quod eſt contra prolis certitudinem, & eius

debitam

debitam educationem.

Fornicatio eſt triplex, ſcilicet propriè, vt carnalis: communiter, vt idolatria: & communiſſimè, vt quælibet criminoſa concupiſcentia. Ricar.

Adulterium eſt alieni thori violatio, vel ſui thori deturpatio.

55 Nota, quod adulterium quandoque committitur reſpectu viri, & mulieris; quandoquæ reſpectu viri tantũ; & quandoque reſpectu mulieris tantum: propriè tamen in nupta committitur. Aſtenſis.

56 Nota etiam quod Religioſus, qui habet rem cum muliere coniugata, peccat peccato Sacrilegij ex parte ſua, & Adulterij ex parte mulieris, ſcilicet participando: & è contra mulier peccat peccato Adulterij ex parte ſua, & Sacrilegij ex participatione cum illo Religioſo: & ſic fit ẽt in alijs ſpeciebus luxuriæ. Concordat. S. Thom. & Caiet. 2. 2. q. 154. ar. 8. ad primũ. & Viguerius. de Adult.

Inceſtus eſt conſanguineorum, vel affinium abuſus.

Stuprum eſt illicita defloratio virginum, ſub cura parentum exiſtentium.

57 Circa ſtuprum poſſet dubitari; An ſeducens virginem ſolutam teneatur eam dotare, vel ducere? Reſpõdeo: pœna antiqua erat alterũ prædictorũ. extra de adult. Can. 1. Hodie verò vel ducit eam, vel retruditur ad pœnitẽdũ in monaſterio, de quo non poſſit egredi. extra. eadẽ. Can. 2. & hoc quò ad forum iudiciale; in foro autem pœnitentiali ſecundũ Rodonenſem, ſi deflorat ipſam voluntariã, nón tenetur: ſi autem inuitam, vel dolo ſeductam, iniungendum ei, quod ſatisfaciat, vel compo[...]t cum ea.

58 Raptus eſt, illicitus concubitus cum violentia.

Nota, quod raptus fit puellam violenter à Domo Patris educendo, propriè hoc nomine vtendo: largè autem extenditur ad violẽtam corruptionem quarumlibet fœminarum, quàm maximè viduarum. Non intelligitur autem raptus, qui rapit vxorem propriam. 36 q. 1. Can. Lex illa. Non eſt etiã raptus vbi puella cõſentit: extra de Raptoribus. Can. Cum cauſſa.

Vitium cõtra naturam eſt, qñ taliter fit, qđ non poteſt

 ſequi

ſequi generatio: & peccatur tribus modis, ſcilicet in mollicie, in Sodomia, & beſtialitate.

59 Notandum, autem, quod aliud eſt contra naturam ſpeciei, aliud contra naturam generis. Primo modo, omne peccatum mortale eſt contra naturam ſpeciei, quia in rationali creatura remurmurat Syndereſis, contra omne peccatum. Sed ſecundo modo, peccatum Sodomiæ eſt contra naturam generis, quia non ſolum in homine, ſed etiam in brutis diuerſi ſexus in coitu conueniunt. Vnde ſi iſto modo fit, contra naturam generis eſt. Compend. Theolo.

60 Mollicies eſt, quando quis ſiue coitu ſponte polluitur. & aliquando eſt procurata adminiculo proprio, vel alterius: & iſtud peccatum eſt maximum inter ſpecies Luxuriæ naturales, & infimum inter ſpecies concubitus contra naturam: & eſt peccatum difficillimæ emendationis, quia occaſio ferè ſemper eſt cum homine, & eſt adeò vniuerſale, vt crediderim maximam partem damnatorum hoc infici peccato: & vix puto eſſe aliud efficax remedium, niſi frequentiſſimam confeſſionem. Eſt autem in hoc peccato attendendum, quod in eo inuoluuntur alia; nam ſi homo deſiderio, & imaginatione adhæret alicui, dum ipſum comittit, eſt illius generis, cuius eſſet, ſi verè committeretur cum perſona, quam affectat: vt ſi affectat, & imaginatur virginem, eſt ſtuprum: ſi coniugatã adulterium: & ſic de alijs. Toletus.

61 Committitur etiam aliud peccatum contra naturam cum muliere in vaſe debito, ſed modo indebito, & talis modus eſt, quando impediret generationem, vt dicit Caietanus: ſcilicet quando ſeminatio vix attingit propriũ vas; dato quod eſſet circa proprium vas: Et eſt etiã mortale cum propria vxore. Aliud etiam peccatum eſt concubitus cum muliere extra vas debitum, & eſt peior ſupradicto peccato: imò multi Doctores dicunt eſſe Sodomiam.

62 Secunda ſpecies contra naturam eſt Sodomia in eodẽ ſexu, tàm in maſculo cum maſculo, quàm fœmina cũ fœmina; & iſta eſt grauior ſupradictis. Hinc notent Cõfeſſarij,

ſarij, quod quando in caſibus reſeruatis Epiſcopo inuenitur reſeruatus actus Sodomiticus, intelligitur de hac ſecunda ſpecie tātū, ideſt de concubitu maſculorū: quādo autem inuenitur reſeruatum vitium contra naturam. intelligitur de omnibus prædictis, quando agitur cum ſecunda perſona, ac etiam de Beſtialitate. Corona Confeſſorum.

63 Nota, quod Hugo de S. Victore ſuper Epiſtolā ad Romanos, capite primo dicit; quod enormitas hujus flagitij, ſcilicet Sodomiæ, ex eo oſtenditur quod, & ſi legitur Diabolum fuiſſe incubum, ſub ſpecie viri, & ſuccubū ſub ſpecie mulieris, nunquam tamen legitur ſuccubum fuiſſe ſub ſpecie viri. Hæc ille.

64 Tertia ſpecies eſt beſtialitas, ideſt coitus cum re alterius ſpeciei; & hæc eſt peſſima inter omnes, nec humana nequitia vltra ferè aſcendit. Sunt autem pro hoc, & antecedenti peccato mortis pœnæ in iure ciuili merito ſtatutæ: nec enim debet viuere homo, qui cum ſit homo nō viuit, vt homo. Ad beſtialitatem reducitur etiam coitus cum Dæmone. ex Caietan. Coron, Tolet, & Sà. in pluribus locis.

65 Nota adhuc, quod aliqui ponunt Sacrilegium inter ſpecies luxuriæ, quod quidem committitur ad perſonam per votum continentiæ Deo deſponſatam accedendo. Vnde cum Sacerdos in Sacris conſtitutus, vel Monachus vel monialis copulam habet, grauiſſimè peccat Sacrilegij peccato, Rurſus comittit Sacrilegium, qui in loco Sacro copulum habet; & ſimiliter Laycus remi habens cū moniali, vel virgine Deo dicata. Toletus.

66 Si quæras, quæ harū ſcilicet ſpecierum, purà fornicationis, adulterij &c. Sit grauius peccatum? Reſpon. quod contra naturam eſt maximum, & in iſta infimum eſt Mollities, grauiſſimum eſt beſtialitas, & mediū eſt Sodomia. Poſt peccatū contra naturā maius eſt inceſtus, intelligendo in ſuo ſummo ſimul cum adulterio: vnde adulterium vincitur ab inceſtu, ſecūdum D. Auguſtinum; quia maius eſt peccatum coire cum matre, quàm cum alterius vxore; & ſic dico inceſtum eſſe maius peccatum adulterio;

Adulteriũ eſt maius ſtupro; vtrumque autem aggrauatur per violentiam: vnde raptus virginum eſt grauius ſtupro, & raptus vxoris grauius adulterio. Hæc omnia aggrauantur ſecundum rationem ſacrilegij: infimum autē eſt fornicatio, quæ committitur ſine iniuria alterius perſonæ; eſt tamen peccatum mortale. Roſ. Theolog. 3. libr.

67 Filiæ Luxuriæ ſunt octo, ſcilicet, cœcitas mentis, incōſideratio, inconſtantia, præcipitatio, amor ſui, odiũ Dei, affectus præſentis ſeculi, & deſperatio futuri. S. Gregorius.

Cœcitas mentis eſt, quando quis propter delectationem in huiuſmodi venereis impeditur, & abſtrahitur mente.

Inconſideratio eſt, quando quis impeditur, & ſopitur ratio hominis propter vehementem Luxuriam.

Inconſtantia eſt, quando quis propter delectationem in huiuſmodi venereis, retardatur ne faciat, vel perficiat bona, quæ incœpit, vel propoſuit facere.

Præcipitatio eſt, quando quis propter delectationem in huiuſmodi venereis impeditur conſilium præſtare in agendis.

Amor ſui eſt quando quis nimis diligit ſe ipſum, quærendo delectationem Corporis nimis, & quietem Carnis.

Odium Dei eſt, quando quis plus appetit perpetrare Luxuriam, & incurrere odium Dei, quàm à Luxuria abſtinere, vel ſe abſtrahere.

Affectus præſentis ſeculi eſt, quãdo Luxurioſus in tãtũ delectatur remanere in Luxuria, quod vellet hic manere, & viuere, nec curare de æterna vita.

Deſperatio futuri ſæculi eſt diffidentia gloriæ, vel veniæ conſequendæ. Hæc ex Scrutinio Sacerdot.

68 Remedia Luxuriæ ſunt hæc, ſcilicet, Occaſiones fugegere, Mortis extrema cogitare, De ſe non præſumere. Frequenter ſe occupare, Tentationi in principio reſiſtere, & Carnem domare. ex comp. Theolog.

69 Circa ornatum Mulierum, qui prouocat aliquando viros ad Luxuriam, eſt ſciendum, vt dicit S. Thomas. 2. 2.

Si mulier prætioſis ſe ornet, vt per hoc viro ſuo placeat, ne per eius contemptum in adulterium labatur, poteſt hoc facere abſque peccato. Illæ verò mulieres, quæ viros non habent, nec volunt habere, & ſunt in ſtatu non habendi, non poſſunt abſque peccato appetere virorum aſpectum ad concupiſcendum; quia hoc eſt dare eis intentionem peccandi: & ſi quædam hac intentione ſe ornent, vt alios prouocent ad concupiſcendum, mortaliter peccant: Si autem ex quadam leuitate, vel vanitate, propter quandam iactantiam; non ſemper eſt peccatum mortale, ſed quandoque veniale. Dicit etiam S. Thomas, quod Mulieres ſe colorantes, ſeu aliqua figmenta ad apparentem pulchritudinem apponentes, licet peccent, non tamen mortaliter; niſi hoc fiat propter laſciuiam, vel in Dei contemptum: in quo caſu ſunt intelligendæ auctoritates Sanctorum patrum: de hac materia. Sciendum etiam eſt, quod aliud eſt fingere pulchritudinem non habitam, & aliud eſt occultare turpitudinem ex aliqua cauſſa prouenientem, putà ex ægritudine, & huiuſmodi: hoc enim eſt licitum. Concordat Alexand. Alenſ. in 4. p. ſummæ.

70 Nota, etiam de delectatione, vltra ea, quæ diximus ſupra numero decimoquarto, quod eſt differentia inter Delectationem, Cogitationem, Deſiderium, & Conſenſum. Vnde Delectatio eſt quies appetitus in bono cognito præſenti. Cogitatio eſt operatio intellectus, & Delectatio voluntatis. Deſiderium eſt quidam motus, & fluxus, & reſpicit obiectum abſens. Delectatio verò obiectum præſens. Conſenſus eſt, applicatio voluntatis ad rem, cui inhæret tamquam medio ordinato ad conſequendum finem præſtitutum. Vnde conſentire eſt actum voluntatis ad aliquid applicare. S. Thom. 1. 2. in pluribus locis.

Ira eſt, accenſio ſanguinis circa cor propter appetitũ vindictæ.

71 Filiæ Iræ ſunt nouem, ſcilicet: Rixa, tumor mentis, cõtumelia, clamor, indignatio, blaſphemia, bellum, maledictio, & ſeditio.

Rixa eſt contentio in factis, quando aliqui ex ira inuicem ſe percutiunt.

Tumor mentis eſt quando quis implicat mentem deliberatè in varijs modis, & vijs, quibus poſſet proximum offendere.

Contumelia eſt quando quis id, quod eſt contra honorem alicuius deducit in notitiam eius, & aliorum, ſiue p̄ ſigna, ſiue per verba.

Clamor eſt quando quis clamat contra aliquem confuſè, & inordinatè, aut furiosè loquitur.

Indignatio eſt quando quis nec valet videre, nec audire eum, cui iraſcitur.

72 Blaſphemia eſt affirmatio falſitatis, vel negatio veritatis circa Deum: & Blaſphemare eſt attribuere Deo falſum, ſiue quod illi non conuenit. Syluest.

Item Blaſphemia ſecundum D. Dionyſium de Diuinis nominibus, eſt derogatio excellentis bonitatis Dei.

Blaſphemia eſt peccatum mortale: vnde non excuſatur a mortali, ſecundum S. Thomam, is, qui ex ſurreptione, vel ſubito motu prompti in verba, Blaſphemiæ: ſicut nec is, qui ex ſubito motu iræ aliquem interficit: & hoc ſi talis conſideret, ſignificata verborum, aduertatq; hoc quod profert, eſſe Blaſphemiam: ſecùs eſt de illo qui non aduertit. vt ſi quis in verba prorumperet quorum ſignificationem, non conſideraret.

73 Imponitur autem grauis pœnitentia proferentibus verba Blaſphemiæ contra Deum, vel contra Sanctos, maximè contra B. Virginem. extra de Maledicis. Can. Statuimus. Sed hæc omnia pro tribunali fiunt ſecundũ Goffred. Cæterum in iudicio animæ diſcretus Sacerdos molliat hunc rigorem habendo oculos ad Lateranenſe concilium ſub Leone X.

74 Nota quod Caietanus dicit in ſummula q̃d dicere ad Corpus, vel ad Sanguinem Dei, ſiue iurando, ſiue loquendo in rixa, non eſt Blaſphemia; quia ex quo Deus homo factus eſt, habet carnem, & ſanguinem; nec eſt mortale peccatum, niſi dicatur per modum iniuriantis, vel mendaciter aſſumeretur.

Blaſphemia

Blaſphemia grauior eſt periurio,& homicidio. Armilla verb. Blaſphemia. §. 2.

75 Bellum dupliciter dicitur ſcilicet propriè, & impropriè. Propriè autem Bellum eſt illud, quod auctoritate Principis ſuperiorem non recognoſcentis indicitur: vt eſt Imperator,& Papa. Hoſtienſis.

Bellum impropriè, eſt illud, quod non eſt indictũ per Principem,ſed per inferiores,qui recognoſcunt ſuperiorem. Paaormitanus.

Ad iuſtum Bellum tria requiruntur. Primum, auctoritas Principis: ſecundum iuſta cauſſa bellandi: & Tertium recta intentio bellantium. Armilla.

76 Circa defenſionem manualem nota, quod dupliciter eſt illicita: Primò ſi fiat ex intentione, & animo lædendi offenſorem; quia fieri debet, vt defendat ſe. Secundò cum vim vi repellunt, ſed non cum moderamine inculpatæ tutelæ ex propoſito: quia ſi quis putat ſe defendere cum moderamine,& non aduertendo aliqualiter excedit, aut non peccat, aut leuiter. Moderatio autem ad hoc quod ſit licita debet habere hæc tria: Primum, quod aggreſſus ſine armis, ſed cum pugno, vel paruo baculo, non reſiſtat armis. Secundum, quod hoc fiat in continenti, & non ex interuallo. Tertium, vt fiat cauſſa defenſionis, & non vindictæ.

77 An pro defenſione rerum ſuarum liceat alium interficere? Vide Caietanum, 2.2.q.64.art.7. qui concludit licere; quia quis plus curam habere tenetur rerum ſuarum, quæ ſunt adminicula vitæ, propriæ virtutis,& fœlicitatis quam vitæ alienæ: & ibi ſoluit rationem in oppoſitum.

Maledictio eſt imprecatio, vel exoptatio mali alicui facta ſub ratione mali.

Seditio eſt tumultus ad pugnam vnius partis alicuius multitudinis, contra aliam partem. Armilla.

78 Gula eſt inordinatus appetitus edendi, & bibendi, ſecundum guſtum in cibo,& potu.

Quinque ſunt ſpecies gulæ, vnde verſus.

Propriè, Lautè, Nimis, Ardenter, Studioſè.

PROPRIE: ſcilicet appetendo comeſtionem ante tẽ-

pus. LAVTE, ſcilicet quærendo cibos lautiores. NIMIS, ſcilicet ſumendo in quantitate. ARDENTER, non ſeruando modum debitum in edendo. STVDIOSE, quærendo cibos nimis accuratè præparatos.

79 Filiæ Gulæ ſunt ſex videlicet, Ebrietas, hæbetudo mētis, inepta lætitia, multiloquium, ſcurrilitas, & immunditia.

Ebrietas eſt, priuatio vſus intellectus facta ad aliquod tempus ex immoderato potu vini, vel cuiuſcunq; alicuius rei potabilis.

Hebetudo mentis eſt abſtractio intellectus circa ſpeculabilia, & agibilia, propter nimiam ſumptionem cibi, & potus.

Inepta lætitia eſt inordinata voluptas circa delectationem cibi, & potus.

Multiloquium eſt multitudo loquutionis cum ſuperfluitate, vel præter vtilitatem, vel neceſſitatē, & coincidit cum verbo otioſo.

Scurrilitas eſt quando homo ſe inordinatè ad exteriores actus ad modum ioculatoris habet.

Immunditia eſt vomitus procedens ex nimis inordinata commeſtione, vel potu: vel pollutio ſeminis, proueniens ex nimia repletione.

Inuidia eſt dolor de alienis bonis.

80 Filiæ Inuidiæ ſunt quinque, ſcilicet, Odium, ſuſſurratio, detractio, exultatio in aduerſis proximi, & Afflictio in proſperis.

Odium eſt, velle malum alicui, & nolle bonum.

81 An qui ſe dicunt indiſpoſitos ad communionem tempore Paſchatis propter odium, & huiuſmodi, excuſentur nec ne? Dico qđ non; quia debent illud deponere, & cōmunicari. Ad hoc vide in Pomerio de Sanct. par. Hiemali ſermon. 63. R. & S. Antonin. in 2. p. tit. 8. c. 3. §. 6.

Suſſurratio eſt diminutio famæ alterius per verba ſecreta, & occulta.

Detractio eſt denigratio alienæ famæ, ꝑ occulta verba.

Suſſurro, & detractor conueniunt in hoc, quod vterq; dicit mala de proximo in eius abſentia: ſed differunt in

fine, ſiue intentione: quia ſuſſurro intendit amicorum diſcordiam; detractor vero famæ læſionem.

83 Murmuratio eſt quærela cum impatiẽtia in his, quæ homo debet patienter ferre. Sicut Religioſus dicitur murmurare, quando aliquid iniuſtè quidem patitur, ſed tamen non exponit prælato rationem ſuam, ſed alijs, quorum non eſt ei prouidere. Et Murmuratio coincidit cum detractione, quamuis murmurationis nomine, minus ſignificetur; quia magis ſoni quàm vocis ſignificat. Sylueſtrin. in pluribus locis.

84 Exultatio in aduerſis eſt, cum aliquis gaudet de aduerſitate, & damno proximi.

Triſtitia, vel afflictio in proſperis eſt, quando eſt dolor, & diſciplicentia de bonis, & proſperitate aliorum, quam non poteſt impedire.

85 Accidia eſt, torpor mentis, bona inchoare negligentis.
Vel ſecundum S. Bernard. eſt animi quidam langor cũ legere non libet, orare non delectat, meditationes ſolicitè non retinentur.

Filiæ Accidiæ ſunt ſex, ſcilicet, Malitia, rancor, puſillanimitas, deſperatio, torpor circa præcepta, & euagatio mentis circa illicita.

Malitia eſt contemptus, & abominatio rerum ſpiritualium, procedens aliquando ex inordinata triſtitia mentis.

Rancor eſt diſplicentia contra aliquem propter quẽ deſiderat, vel quærit quis malum alteri.

Puſillanimitas eſt quando quis deficit, vel recuſat agere aliquod opus bonum; vel timidè incipit, vel ab incœpto deſiſtit.

Deſperatio eſt, qñ ex falſa extimatione pp peccata facta, vel bona omiſſa aliqs deſperat de Dei miſericordia.

Torpor circa præcepta eſt negligere, & cõtemnere diuina præcepta, quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem.

Euagatio mentis circa illicita eſt, quando aliquis non inuenit delectationem in ſpiritualibus, ſed vacat carnalibus, & quærit ea.

Peccata clamantia vindictã in Cœlũ ſunt quatuor ſcilicet

licet, Homicidium. Geneſis. 4. Vox ſanguinis Fratris tui clamat ad me de terra. Oppreſſio innocentum. Exodi. 3. Clamor filiorum Iſrael venit ad me; vidiq; afflictionem eorum, qua ab Aegyptijs opprimuntur. Peccatum Sodomiticum. Gen. 18. Clamor Sodomorum, & Gomorrhæ multiplicatus eſt. Detentio mercedis pauperum, Iacobi 5. Merces operariorum, quæ fraudata eſt à vobis, clamat, &c.

87 Peccatum ex ignorantia eſt auerſio voluntatis ignorantis, & perpetrantis, quod malum eſt ab omni ſcienti Deo.

Nota tamen, quod aliud eſt peccatum ex ignorantia, & aliud eſt peccatum ignorantiæ.

Peccatum ex ignorantia eſt, peccatum quod committitur ignoranter.

Peccatum verò ignorantiæ eſt, omiſſio debitæ ſciētiæ.

Ignorātia ſimplex eſt neſcire, quæ tenetur homo ſcire.

Ignorantia inuincibilis eſt quæ nullo ſtudio poteſt ſuperari.

Ignorantia vincibilis eſt quæ poteſt ſtudio ſuperari.

Ignorantia Iuris eſt, vt ſi quis neſcit furtum eſſe peccatum.

Ignorantia facti eſt vt ſi neſcit hanc rem, quam accepit eſſe alienam, ſed putat ſuam.

Ignorātia craſſa, ſiue ſupina eſt ne ſciētia eorum, quæ tenetur ſcire, & non vult aliquē laborem ſubire vt ſciat.

Ignorantia affectata eſt, nolle ſcire ea, ad quæ tenetur, ex S. Bonauentura in centiloquio.

88 Peccare in Deū eſt quod totaliter terminatur in Deū vt impietas, & Idolatria.

Peccare in patrem eſt peccare per impotētiam, & fragilitatem.

Peccare in filium eſt peccare per ignorantiam, & ſimplicitatem.

Peccatum ſiue Blaſphemia in Spiritum Sanctum fundatur ſuper tres Auctoritates Euangeliſtarum, nempe, Matthæi 12. Marci 3. & Lucæ 12. Matthæus dicit: Omne peccatum, & Blaſphemia remittitur hominibus, ſpiritus

autem

autem Blaſphemiæ non remittetur. Et quicunq: dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum non remittetur ei neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Marcus dicit: Qui autem Blaſphemauerit in Spiritum Sanctum, non habebit remiſſionem in æternum, ſed reus erit æterni delicti, Lucas autem dicit: omnis qui dicit verbum in filium hominis remittetur illi, ei autem qui in Spiritum Sanctum Blaſphemauerit, non remittetur. Ex quibus videtur apparenter quod illud peccatum ſit irremiſſibile. Sed quia Catholica Eccleſia clamat ex Sacra Scriptura, Omnia peccata quantumcunq: grauia fore remiſſibilia: ideò inferius demonſtrabo quomodo ſit remiſſibile. Vnde eſt notandum quod S. Auguſtinus, vt refert Carthuſianus dixit, quod loca præfata ſcripturarum ſunt difficillima, vt vix in tota ſcriptura Canonica aliquid ita difficile inueniatur.

89 Peccatum ergo in Spiritum Sanctum ſic deſcribitur à S. Bonauentura in centiloquio; eſt auerſio voluntatis malignantis à ſummè clemente Deo Scotus dicit, in 2. diſt. 43. quod tria requirũtur ad hoc peccatum, videlicet Primum, quod ſit ex certa malitia: alterum quod ſit contra præcepta primæ tabulæ: Poſtremum quod ſit actus oppoſitus actui perfectiſſimo in Deum conuerſiuo. Et tale peccatum dicitur irremiſſibile; non ſimpliciter quin remitti poſſit, quam diu homo eſt viator, ſed præ cæteris peccatis dicitur irremiſſibile ob duo: Primum quia iſtud peccatum directè opponitur principio remiſſionis in Deo: ſecundum quia corrumpit diſpoſitionem in peccatore ad habendam remiſſionem nempe diſplicentiam, & remiſſionem peccati.

90 S. Thomas in 2. 2. q. 15. poſt recitatas opiniones Patrũ dicit quod peccatum in Spiritũ Sanctum eſt quando quis ex propria malitia contemnit abijcere, vel remouere illud, quod electionem peccati poſſet impedire: verbi gratia, Inſtigatur quis ad peccatum, & occurit ei diuina ſeueritas puniens illud peccatum, & talis iſtud abijcit, ſtudioſè promittens ſibi impunitatem, vt peccet liberius: & iſtud propriè eſt peccatum in Spiritum Sanctum.

Et dicitur irremiſſibile in hoc ſeculo,& in futuro; non quia dimitti non poſſit,ſed quia raró, aut vix dimittitur in hoc ſeculo, quantum ad culpam, aut in futuro quantum ad pœnam. Item quia non legitur dimiſſum. Item quia aduerſatur fonti remiſſionis ſcilicet Spiritui Sācto. Item propter impotentiam hominis, quia vix poteſt ſe præparare ad gratiam quem tāta moles peccati premit, compend.Theologiæ.

92 Sebaſtianus Barradius, poſt examinatas ferè omnes opiniones antiquorum Patrum,& Scholaſticorum dicit, forſitan Chriſtus de Iudeis ſolum loquitur, ijſq; non remittendum affirmat peccatum in Spiritum Sanctorum; quoniam præuidebat illos in peccato morituros: iuxta illud Ioan.VIII.In peccato veſtro moriemini. præterea forſitā blaſphemia irremiſſibilis in Spiritū Sanctū, à Domino hic apellatur blaſphemia illorum tātum,qui Chriſti in terra verſantis miracula,quæ ipſis oculis cernebāt, Dæmoni tribuerunt: itaque iuxta hunc ſenſum phariſæi tantummodo in Spiritum Sanctum blaſphemauerunt irremiſſibiliter; ſoli enim phariſæi Chriſti in terra verſantis miracula, quæ videbant ſumma cum ſanctitate coniuncta, Beelzebub poteſtate facta eſſe affirmarunt. Hæc dicta ſint (inquit Barradius) ne dicere cogamur peccatum aliquod, videlicet in Spiritum Sanctum,eſſe irremiſſibile. Hæc ille Tom.2.lib.8.c.17.

93 Sex ſunt ſpecies peccati in Spiritum Sanctum: vnde verſus pro memoria.

Inuiden,Impug,Ob,Præ,Des,finaliter Impe,

Declaratio.

Inuidentia fraternæ gratiæ, Impugnatio veritatis agnitæ,Obſtinatio mentis, Præſumptio,Deſperatio, & finalis impœnitentia.

Nota quod quædam ſpecies peccati in Spiritum Sanctum ſunt, quæ nullo modo poſſunt eſſe ſine præuio,& præambulo peccato,ſicut obſtinatio,deſperatio,& finalis impœnitentia: vnde nemo obſtinatur in malo,niſi qui fecit malum: nemo impœnitens eſt, niſi qui habet vnde pœniteat. Aliæ autem ſpecies poſſunt eſſe ſine peccato

præ-

præambulo, vt patet de impugnatione veritatis agnitæ, inuidentia fraternæ gratiæ, & de præſumptionis impunitate. Vnde cōcedendum eſt quod peccatum in Spiritū Sanctum nō ſolum eſt genus peccati diſtinctum ab alijs ſecundum formam, ſed etiam ſeparari poteſt ſecundum exiſtentiam; ita quod committitur ſine culpa præambula, quamuis rariſſimè contingat. Hæc S. Bon. 2. diſt. 43.

95 Poſtremo pro complemento totius huius capitis eſt ſciendum quod quidam ſimplices dicunt ſe peccare in Spiritum Sanctum, cum peccant cum propoſito pœnitendi: ſed tales minimè ſapiunt quid ſit peccatū in Spiritum Sanctum; imò per oppoſitum comittitur hoc peccatū: de quo S. Bonauētura, vt ſupra ſic ait: Quāuis alia peccata tollant iuſtitiam, non tamen auferunt propoſitum redeundi ad gratiam; & ideò irremiſſibile dicitur, quia priuat diſpoſitionem ad bonum. Habuit autē error prædictus ortum, ex malo intellectu ſecundæ ſpeciei huius peccati, ſcilicet præſumptionis diuinæ Miſericordiæ. Vide in 2. Roſarij Theologiæ. verbo, Peccatum c. 3. in Gulielmo Vorrilongo.

Præfatæ ſpecies peccati in Spiritū Sāctū ſic deſcribunt.

Inuidentia fraternæ gratiæ eſt qn̄ quis nō ſolū inuidet pſonæ fratris, ſed ēt inuidet gratiæ Dei creſcēti in mūdo.

Impugnatio veritatis agnitæ eſt, quando quis veritatem fidei agnitam impugnat, vt licentius peccet.

Obſtinatio eſt, quando quis firmat propoſitum ſuum in hoc, quod peccato hæreat.

Præſumptio eſt, qua quis talē ſe exiſtimat quod Deus, eum etiam peccantem non excludet à ſua gratia, vel nō puniet, & ſic paruipendit diuinam iuſtitiam.

Deſperatio eſt, quando ex falſa æſtimatione propter peccata, quæ fecit, vel bona quæ omiſit deſperat de Dei Miſericordia credens Deum nolle, vel non poſſe ſibi parcere, vel in gratiam recipere.

Finalis impœnitentia eſt, quādo homo proponit firmiter, & ex conſumata malitia nunquam pœnitere, aut ex tanta malitia peccat, quod non vellet, vt Deus daret ſibi gratiam pœnitendi.

Addo etiam ad ſupradicta, quod differt Blaſphemia à ſpiritu blaſphemiæ; nam blaſphemare eſt derogare diuinæ bonitati, ex quacunque cauſsa, & nō eſt peccatum in ſpiritum ſanctum: ſpiritus autem blaſphemiæ eſt idem quod amor blaſphemiæ, quia talis eligit delectari in vituperio Dei. Ex Gulielm. vt ſupra.

De circumſtantijs Peccatorum. Cap. XIII.

1 Circumſtantia, eſt accidens extrinſecum, actioni adiacens; quod eius qualitatem variat in genere moris, augendo, & minuendo. S. Thom. 1. 2.

2 Item ſecundum Nauar. Circūſtantia, eſt accidens rei, quæ peccatum eſt. & ſecundum Toletum circumſtantiæ dicuntur, quæ non pertinent ad actus peccati ſubſtantiā, ſed ipſam comitantur.

Octo ſunt circumſtantiæ, quæ continentur in his ſequentibus verſibus.

Quis, Quid, Vbi, Per Quos, Cur, Quoties, Quomodo, Quando, Quilibet obſeruet animæ medicamina dādo.

3 Quis, quærit de perſona, & eius cōditione. Quid, quærit de cōditione peccati, vbi, quærit de loco, an in ſacro, &c. Per quos, quærit de auxilio. Quoties, quærit de numero, Cur, quærit de cauſa finali. Quomodo, quærit de naturali, vel innaturali modo. Quando quærit de tempore Sacro, vel non Sacro. Armilla.

4 Nota, quod circumſtantia, Quis, eſt neceſſaria, vt ſcilicet Confeſſor ſciat, ſi eſt Pœnitens ſui fori, vel non; ſi eſt coniugatus, vel Religioſus; & propterea ſemper iſta circumſtantia eſt quærenda. & ſimiliter quærenda eſt circumſtantia, Quid. circumſtantia Cur, aliquando eſt neceſſaria, vt quando ſpeciali prohibitione prohibetur, ſicut, cum quis facit eleemoſinam, vt prouocet ad luxuriā aliquam perſonam, aliàs non. Similiter circumſtantia, Quoties eſt neceſſaria, ſaltem ſecundum eam computa-

tionem, quam quis facere poteſt: puta quia bis in hebdomada, vel ter, fecit, & perſeuerauit per annum, & huiuſmodi, & ſufficit, de qua infra dicetur. Circumſtātia, Quomodo, ſimiliter eſt neceſſaria, quando ſub ſpeciali prohibitione cadit, puta contra naturam, & huiuſmodi aliter non. Idem dic de circumſtantia Vbi, puta in Eccleſia quādo fit homicidium vel fornicatio, vel aliud ſacrilegiū, vt furtum, & huiuſmodi, Circumſtantiam etiam Per quos, oportet confiteri, videlicet ſi non ſolum ipſe peccauit, ſed etiam ſi alium induxit ad peccatum dando conſiliū, auxilium, vel fauorem, aut inducendo ad peccandū ſimul. Circumſtantia verò Quando, nō eſt neceſſaria, ſed tantum de bene eſſe, niſi ratione contemptus. hæc ſecundum omnes Doctores recentiores.

5 Nota, quod, quoties, non eſt propriè circumſtantia, ſed eſt additio peccati ad peccatum, Sylueſter. & Nauarrus.

6 Peccatum internum, quod ſolo animo conſumatur, vt odium, multiplicatur quoties voluntas peccandi interciſa renouatur: externum verò quod exteriori opere cōſumatur, cum iteratur opus, vel interumpitur: vt qui multum meditatur ad homicidium vnum, eſt vnum peccatū, licet voluntas interrumpatur, & multiplicetur, & cætera opera præter delictum multiplicentur. Nauar.

7 Satis eſt, abſque numero explicare ſufficienter ſuum ſtatum, vt ſi meretrix per decennium fuit expoſita omnibus; & ſi Clericus per annum non recitauit officium. Nauarr.

Circumſtantia propriæ perſonæ dignæ, vel Religionis non eſt neceſſariò dicenda, niſi ſit noua obligatio, vt voti. Nauar.

8 Circumſtantia loci Sacri non eſt dicenda neceſſariò, niſi loci Sanctitati, vel immunitati contrarietur, vt ſanguinis, vel ſeminis effuſio, vel violenta abſtractio, & vſus matrimonij ſine neceſſitate. Nauar.

9 Peccatum fuiſſe cum filia Confeſſionis non eſt neceſſariò explicandum (& ſi quidam putant) non eſt enim inceſtus: Emanuel Sà, correctus.

Oblitus confiteri circumſtantiam, neceſſariò non tene-

tur confiteri peccatum ſed tantum circunſtantiam cúm numero. Nauarr.

10 Qui peccat mente, & opere, debet exprimere opus, quę eſt perfectio peccati, & non circumſtantias.

Qui comiſit incæſtum debet confiteri circunſtantiam graduum, ideſt an in primo, vel ſecundo, vel tertio, vel quarto gradu.

11 Circumſtantia ſcandali neceſſariò eſt dicenda, quãdo eſt ſcandalum formale, ideſt dictum, vel factum animo prouocandi alium ad mortale peccatum, & tenetur etiã dicere ſpeciem peccati ad quam prouocabat. Item quãdo per opus, alioquin bonum, ſed habens apparentiam mali, datur occaſio peccandi mortaliter: Quando quis peccat mortiferè coram alijs ſine animo prouocandi ad peccatum mortale, nec aſtantes probabiliter ſumunt occaſionem peccandi, non eſt circunſtantia ſcandali neceſſariò dicenda. Nauarrus.

12 Qui peccat cum fiducia quod confitebitur non tenetur dicere circunſtantiam: ſecus qui furatur rem Sacrã, vel in loco Sacro: ſic de homicidio, vel fornicatione in loco Sacro eſt dicenda. Nauarrus in Manuali. cap. 6.

13 Quatuor ſunt genera circunſtantiarum, quædam dicuntur, impertinentes, vt ille, qui fuit percuſſus erat indutus veſte alba, vel nigra, & huiuſmodi. & iſtæ non ſunt confitendæ, ſed tanquam inutiles reijciendæ. Aliæ ſunt alleuiantes peccatum, & iſte regulariter non ſunt confitendæ (& dixi regulariter) quia in aliquo caſu ſunt cõfitendæ neceſſariò: ſecundum S. Bonauen. Putà vbi tacendo crederetur ſe apud confeſſorem accuſare de mortali quod eſt veniale. Quædam aliæ dicuntur aggrauantes peccatum in eadem ſpecie peccati, accipere alienum in magna quantitate, vel peccare in die feſto vel Ieiuniorum: & iſte nec ſunt de neceſſitate confitendæ, quamuis ſit multum vtile, quia ſunt de bene eſſe ſecundum. S. Bonauent. & Thom. in 4. ſen. Quartum genus eſt earum, quæ mutant ſpeciem; ideſt ſpecialem deformitatem habent diſtinctam à peccato cui adiacent; & iſtæ ſunt in dupliei differentia; nam quædam ſunt, quæ talem habent de-

formitatem, vt non aggrauent infinitè, & iſtæ ſunt veniales, quæ nec ſunt de neceſſitate confitendæ: aliæ ſunt, quæ talem habent deformitatem vt aggrauent infinitè; & iſtæ ſunt neceſſariò confitendæ, vt pote mortales. Cõcord. Corona.

14 Nota, quod circunſtantiæ dicuntur aggrauare infinitè, quia tunc homo recedit ab infinito bono: & iſtæ cognoſcuntur per hanc regulam, quia ſpeciali præcepto prohibentur, vt non occides, & huiuſmodi; & non generali præcepto, putà declina à malo, & fac bonum, & noli peccare, prohibentur. Scotus.

15 Poſtremo pone de prædictis circunſtantijs poſitis ſupra in principio exemplum, in peccato carnis in quo omnes præfatæ circunſtantiæ concurre poſſunt. Peccaſti, ne peccato carnis? Reſpon. Ita. cum qua perſona? Fœmina. Cuius conditionis? coniugata. Quoties eam cognouiſti? Vigeſies. Quomodo eã cognouiſti? naturaliter, aut innaturaliter? naturali, & innaturali modo. Quoties innaturali modo? quinquies. Erat ne tibi ꝓpinqua? Ita. In quo gradu? Secundo, vel tertio. In quo loco eam cognouiſti? in Eccleſia. Quoties in Eccleſia? vna vice. Habuiſti ne aliam intentionem, quàm ſatisfacere libidini? habui. Quam? furandi illi annulum: quia hæc intentio facit mutare ſpeciem, vnde Sanct. Ambroſius, affectus tuus operi tuo nomen imponit, & Philoſoph. 5. Ethic. ille, qui mœchatur, vt furetur, magis, eſt fur, quam mœchus. Ex ſumma Corona Confeſſorum.

De Voto, & Iuramento. Cap. XIX.

Votum dicitur à voluntate, tamquam à primo mouente rationem ad vouendum.

Votum ſecundum Magiſtrum ſent. 4. diſt. 38. Eſt teſtificatio quædam ſpontaneæ promiſſionis, quæ Deo, & de his quæ Dei ſunt, fieri debet.

Vel ſecundum S. Thomam, eſt promiſſio facta Deo, præuia deliberatione, & propoſito de aliquo bono, vel de bono meliore.

1 Item ſecundum Ricard. eſt propoſiti ſuper errogantis promiſſio Deo facta propter bonum finem, ex deliberatione firmata.

Item ſecundum ſummam Coron. Confeſſ. votum eſt, promiſſio, ſaltem interior, deliberatè Deo facta, de bono meliori, à Superiore non reuocata, propter aliquod vtile ſpirituaii. Concordat Nauarrus.

Item ſecundum Toletum, eſt deliberata promiſſio, ex voluntatis propoſito, Deo facta.

Item ſecundum alios communiter, eſt promiſſio facta Deo de meliori bono.

2 In voto tria requiruntur de neceſſitate, ſcilicet deliberatio, propoſitum, & promiſſio, vel ſecundum aliquos requiruntur initium, confirmatio, & conſummatio.

3 Nota quod in præfatis definitionibus diximus, quod requiritur promiſſio: ad inſinuandum quod non ſufficit deſiderium, neque propoſitum, etiam valde deliberatũ, faciendi, niſi ſimul adſit animus ſe ipſum obligãdi; & ſufficit quod promiſſio ſit ſolum mentalis, etiam ſi nihil dicatur, aut ſcribatur, modo fiat animo, vel mente ſe obligãdi. Et dixi deliberatè, quoniã promiſſio ſubito, & abſq; conſideratione facta non ſufficit: ſufficeret tamen tanta deliberatio, & conſideratio, quantum ad peccandũ mortaliter, vel merendum ſufficeret: & quod ſufficit ad obligandum Diabolo, ſufficit ad obligandum Deo, vnde infertur votum factum ex iracundia quæ iudicium, & rationem vouentis non abſorbet adeo, vt tunc poſſet mortaliter delinquere, validum eſſe. Ex Sauonarola.

4 Diximus etiam ſupra, facta Deo, quoniam omne votũ tacitè, vel expræſsè, mediatè, vel immediatè fit Deo, & dixi etiam de aliquo bono ad ſignificandum quod promiſſio de re illicita, quæ veniale, vel mortale peccatum eſt, non eſt votum. & dixi de maiori bono non quidẽ vt aliqui dicunt, vt Ricard. & aliquot alij, quia votum neceſſario fieri debeat de his, quæ ſunt de conſilio, non autem

de

de præcepto:ſatis enim,eſt,vt ſit maius bonum,ſiue ſit de conſilio, ſiue de præcepto,quamobrem, qui vouit non fornicari,neque adulterari, & non furari per huiuſmodi votum ita obligatur, vt ſi fregerit illud, non ſolum cenſeatur tranſgredi præceptum de non fornicando, adulterando, aut furãdo, ſed etiam præceptum hoc de adimplendo voto, & ſubinde non ſufficeret tali tranſgreſſori culpam ſine huiuſmodi circumſtantia confiteri. Dixi etiã de bono maiori,ſiue meliori,ad ſignificandum, quod votum faciendi, vel omittendi aliquid facere, cuius contrarium ſecundum ſe melius eſt,nihil valet: cuius modi eſſet votum non ingrediendi religionem,non mutuandi pecuniam,& alia huiuſmodi.

5 Diximus etiam ſupra,à ſuperiori non reuocata, vel irritata,quoniam vota filiorum familias,Religioſorum, & aliorum,qui alterius poteſtati ſubduntur,legitimè a ſuis parentibus, prælatis, aliiſq; ſuperioribus irritata,non obligant. Hæc Nauarrus omnia.

6 Præſupponimus etiam omne votum ad ſui obſeruantiã obligare ſub pœna peccati mortalis. Eccleſiaſtici. cap.5. Infertur etiam ſolum propoſitum faciendi aliquid boni, abſque promiſſione, & animo ſe ipſum obligandi,non obligare communiter ſub reatu mortalis culpæ,neque venialis, & etiam infertur votum fieri poſſe abſque verbis expreſſis.

7 Nota ſecundum Richardum, quod votum eſt duplex ſcilicet votum quod habet plenam rationem voti, & de ratione talis voti eſt quod ſit factum ex deliberatione:& eſt votum quod non habet plenam rationem voti, & de ratione talis voti non eſt, quod fiat cum deliberatione: tale enim fieri poteſt ex ſurreptione, & quia plenam rationem voti non habet ideò non obligat de neceſſitate,ſed tantum ex quadam congruitate,& ideò venire cõtra tale votum etiam propria auctoritate non eſt peccatum mortale. Idem in 4. diſt.38.

8 Nota etiam quod vt ſæpè ſupra dixi, votum eſt promiſſio, & nemo poteſt promittere, quod non eſt in ſua poteſtate: ſi quis ergo promiſit quod non eſt ſuum, non

H 2 eſt

eſt obligatus, niſi ille conſentiat cuius eſt id, quod promittitur:ideò vota Religioſorum non tenent quamuis quidam dicunt, & bene, quod poſſunt facere quædam vota Orationum, vel quædam quæ non impediunt obedientiam:& huius opinionis fuit S.Thomas.in 2.2.& Richard.vt patet in ſumma Angelica verb. Votum 2. §. 3. ſimiliter nec vota ſeruorum,nec coniugum,nec filiorum familias valent;quoniam promittũt,ea quæ non ſunt ſui Iuris,ſed eorum in quorum poteſtate ſunt: vt cum promittũt facultates patris,vel Domini ſui: secùs ſi promittunt Caſtitatem Deo poſt annos pubertatis. Oportet enim quantum ſpectat ad propoſitum,ſemper conſiderare,ſi qui dicit,promiſit id,quod eſt in ſua poteſtate;quia tunc votum tenet, alioquin nihil valet votum, niſi conſentiat Dominus rei, vel vir ſine conſenſu vxoris non tenetur,quia(vt dicit Apoſtolus) vir non habet poteſtatem corporis ſuis, ſed mulier; nec mulier habet poteſtatem corporis ſui,ſed vir. 1.Corn.c.7.

In dubio an voueris, vel an cum vouiſti compos eſſes mentis, votum ſeruandum eſt, vel petenda diſpenſatio. Azorius.lib.11.c.15.q.2.

9 Votum non obligat, ſi rem quam voues in finem malum ordines: vt ſi voues aliquid ad hoc, vt conſequaris quod non licet,verbi gratia furtum,vel adulterium, aut in gratiarum actionem pro malo: ſecus ſi ipſum vouendi actum malè ordines; vt ſi voues Religionem, vt lautè viuas,aut laſciue, vel in gratiarum actionem pro filio ex adulterio ſuſcepto:id enim non eſt malus,& ſi adulterium ipſum peſſimum.

Voti pœnitere, cum animo adimplendi, non eſt mortale.

10 Qui vouit Religionem certam, debet quærere aliquot eius monaſteria, vt recipiatur: qui autem Religionem in communi,aliquot diuerſarum Religionum in ea Prouincia: vide Nauar.c.12.

11 Qui vouit ſolum Religionem ingredi, ſi in nouitiatu ea non placet,poteſt exire: etiam ſi vouiſſet animo perſeue

ſeuerandi in ea, niſi intendiſſet ſe obligare ad perpetuò ibi manendum; quãquam etiam tunc quidam putãt ſi bona fide probans putat non ſibi conuenire, poſſe exire. Idem autem cenſetur, vouere ingredi Religionem, & vouere fieri Religioſum. Tolet. & Sà Correct.

Violare votum de re leui, aut de vitando aliquod peccatum veniale, eſt ſolum veniale. Nauar. Cap. 12. nume. 65.

12 Votum poteſt fieri dupliciter videlicet cum conditione, & ſimpliciter ſine conditione, ſi ergo fiat cum conditione (ſi non adueniant conditio) non obligat, quia conditionalis non ponit in eſſe; ſi autem adueniat conditio obligat ex præcepto: & ſimpliciter factum abſq; dubio obligat. Hoc ſecundum omnes.

Votum de impoſſibili non obligat etiam ſi poſtea fiat poſſibile, & in voto ſeruandum eſt poſſibile, & honeſtũ, omiſſo impoſſibili, & turpi.

Qui vouit vnum principaliter, vt Religionem, & alterum, vt acceſſoriè, vt caſtitatem, liberatus à primo, eſt liberatus à ſecundò.

Votum Sacerdotij nõ eſt votum caſtitatis poteſtq; ab Epiſcopo diſpenſari.

Qui vouit ingredi Religionem non propter hoc vouit caſtitatem, ſicut nec paupertatem. Vnde ſi poſt votum ſimplex Religionis fornicatur, non facit contra votum, ſicut ſi vouiſſet caſtitatem. Cõtrahens ergo matrimonium cum voto Religionis, peccat mortaliter attamen non obligatur petere diſpenſationem, petendi debitum in matrimonio: ſicut ſi vouiſſet caſtitatem, at mortua vxore tenetur implere votum. Ex Caietan. in ſummula de vſu matrimon. & Nauarr. cap. 12. nume. 47. in Manuali.

13 In voto de non nubendo diſpenſat Epiſcopus: & *vouens* abſtinere ab ouis, non ideo tenetur abſtinere à carnibus: & vouens ſe aliquid facturum, ſi contingat fortè peccare intelligitur de prima vice niſi intẽdiſſet expreſsè quoties peccaſſet.

14 Coniugem non poſſe ſine alterius conſenſu vouere, non petere debitum, alij aiunt. vt Nauar.ca.12.num 60. alij negant, vt Corona, ca.9.de Vot. Non videtur quidem poſſe caſtitatem vouere, etiam ante conſummatũ matrimoniũ, niſi velit Religionẽ ingredi. Emanuel. Correctus.

15 Papam poſſe in voto ſolemni caſtitatis diſpenſare, quidam negant, vt S. Thom.2.2. Et quidam melius concedunt. vt Herueus, Richard. Dur. Maior. Scot. & alij ab Angleſ.citati.

Qui vouit non petere diſpenſationem voti, poteſt petere explicando ſecundum votum, ſi timet alioquin peccare.

Qui poteſt ex priuilegio vota commutare, non propterea poteſt in eis diſpenſare, nec talis poteſtas extendit ſe ad vota iurata, niſi id exprimatur in priuilegio. Nauar.c.12.num.79.

Qui poteſt ex priuilegio diſpenſare, poteſt, & commutare, non contra.

16 Per Bullas, & priuilegia poſſunt commutari vota, etiã poſt illa facta, vt dicit Nauar. loco citato. num. 80. & ſi quidam negant, vt Sot.lib.7.de Iuſtit.& Iur.q.4.art.3.

17 Vota ſtulta, vt de non pectinaudo caput tali die, vel de non comedendo caput Piſcis, vel huiuſmodi, potius ſunt irridenda, quã ſeruanda; quia bonum de quo eſt votum debet cedere in honorẽ Dei, vel ſaltem animæ propriæ, aut proximorum.

18 Sex de cauſis poteſt omitti votum ſine peccato, ſcilicet Irritatione, Diſpenſatione, Commutatione, Redemptione, Interpretatione, & Ceſſatione.

Irritatio eſt, annullatio voti ſine cauſa, ſed ex ſola voluntate libera eius, qui habet poteſtatem, & Dominium ſuper ijs rebus de quibus ſiunt vota.

Diſpenſatio eſt, annullatio voti per quam diſpenſans determinat votum non eſſe obſeruandum propter talem cauſſam.

19 Commutatio eſt permutatio rei votiuæ in aliud bonũ maius, vel ſaltem æquale: & de hac infra.

Redemptio, eſt voti, quando res votiua aliquo pretio ab-

abſoluitur.

Interpratatio eſt,quando ratio dictat, & declarat ob inſtantem cauſſam, votum non eſſe obſeruandum: & in hac non exigitur auctoritas Superioris.

Ceſſatio à voto non indiget diſpenſatione, nec aliquo alio niſi vt cauſſa voti ceſſet.Ex Corona Confeſſorum.

20 Circa diſpenſationem, & commutationem votorum nota quod nullus homo propriè poteſt diſpenſare, aut commutare:tamen poſſunt prælati Eccleſiæ quandoque hoc facere conſideratis conditionibus perſonæ, & temporis;& aliorum,quæ ad hoc requiruntur.Diſpẽſatio autem facta ſine legitima cauſſa, quæ eſt impeditiua, vel per quam impediretur maius bonum ex obligatione voti,vel ſequeretur aliquod malum,non eſt diſpenſatio, ſed diſſipatio,ideo ſi diſpenſatus ſicut prius ita & poſt remanet obligatus.

21 Similiter commutatio debet fieri per æqualia,conſiderata tamen conditione perſonæ, & facultate, & alijs, quæ ad hoc requiruntur: vt puta ſi quis habet votũ peregrinationis, & commutari oportet, debet ille talis erogare pauperibus, vel in aliquod opus pium expendere tantum quantum expendiſſet ſecundum conditionem ſuam eundo,ſtando,& redundo,& pro labore itineris iniungenda ſunt ei Ieiunia,& Orationes:tamen ſecundum fratrem Ioſephum in ſuis floribus de voto, in commutationibus his habenda eſt tantum ratio expenſarũ, & laboris in eundo, non autem in redeundo. Ratio eſt, quia ſolum promiſit ire,non autem redire. Iſtis ergo ſic notatis facilè poteris,ſoluere omnes caſus quos ponunt iura & Doctores in ſuis libris, quia, & ipſi huiuſmodi fundamentis innituntur.Ex Sauonarola in Confeſſionali.

22 Scandalum dicitur ob ex in via corporali, cui impingẽs ad ruinam corporalem diſponitur:ita, & obex in via ſpirituali,diſponit ad ſpiritualem ruinam, inquantum ſcilicet aliquis ſua admonitione, vel inductione, aut exemplo trahit alterum ad peccandum,quod proprie dicitur ſcandalum Sylueſtrina.

23 Scandalum eſt dictum, vel factum minus rectũ, præ-

bens occaſionem ruinæ,& eſt ſpeciale peccatum, & hoc dicitur ſcandalum actiuum,paſſiuum autem eſt:ruina in peccatum,ex facto,vel dicto minus recto alterius,& nõ eſt,peccatum ſpeciale, cum non addat ſpecialem deformitatem.Nauar.

24 Scandalum actiuum poteſt eſſe dupliciter ſcilicet per ſe,& per accidens, per accidens quidem quando eſt præter intentionem agentis ; & ſic non eſt ſpeciale peccatũ, quia quòd eſt per accidens non conſtituit ſpeciem, ſed eſt circunſtantia aggrauans ſcilicet quod in publico fit, per ſe uerò eſt ſcandalum actiuum, quãdo aliquis innordinato ſuo dicto, vel facto intendit aliũ trahere ad peccatum (vt dixi,) & ſic ex intentione ſpecialis finis ſortitur rationem ſpecialis peccati;finis enim dat ſpeciem in moralibus.

25 Sciendum eſt,quod quandoq; ſcandalum actiuum ,& paſſiuum ſe concomitantur, puta cum aliquis alium ininducit ad peccatum qui ſibi conſentit:quandoque verò paſſiuum,ſine actiuo,vt cum aliquis accipit occaſionem inuidiæ,ex bonis alterius, vnde ibi eſt occaſio accepta, & non data.ex Orbello.4.diſt.38.

26 Scandalum Phariſæorum eſt,quod ex malitia,inuidia, & mala animi diſpoſitione oritur,ob quod nõ ſunt relinquẽda, ne quæ occultanda bona præcepta, vel conſulta, quia id non præbet occaſionem peccandi.Scandalum puſillorum quod oritur ex ignorantia, vel infirmitate: ob illud bona opera non ſunt relinquenda, tamen ſunt occultanda,aut differenda,quouſque moneatur proximus, & cognoſcat bonam intentionem, ſcandali circumſtantia,quando confitenda:vide ſupra de circunſtantijs.

Interrogatio Vtrum liceat peccare venialiter,ne alius peccet mortaliter? Quidam dicunt, quod ſic ; cum nulla ſit intentio ad veniale vitandũ alij verò dicunt quod nõ quia veniale diſponit ad mortale.

Notula de Iuramento.

Iuramentũ,ſiue iurare eſt,affirmare,vel negare,aliquid addu-

adducendo tacitè, vel expreſsè Deum in teſtem tanquã infallibilem veritatem. San. Antonin. expreſsè, vt dicendo per Deum, teſtis ſit mihi Deus, &c. Tacitè, vt dicendo viuit Deus, vel per Euangelia, vel per ſauctos, & cætera inquantum in illis reſpondet diuina veritas: & iurare ex ſui natura eſt actus bonus, & Religionis, quare ſi quis pertinaciter crederet, nunquam eſſe licitum iurare, peccaret mortaliter, & eſſe hæreticus. Nauar. c. 12.

Iuramentum ſecundum Toletum eſt inuocatio diuini teſtimonij, in dicti alicuius confirmationem.

28 Notandum, quod duæ ſunt ſpecies iuramenti, ſcillcet, aſſertorij, & promiſſorij, iuramentum aſſertorium eſt quando iuratur aliquid de præſenti, vel de præterito, ſic eſſe, vel non fuiſſe promiſſorium, verò eſt, cum quis iurat ſe aliquid daturum, vel facturum, aut non daturum, vel non facturum. Nauar.

Non iurat qui ait per fidem meam, intelligendo humanam: nec qui dicit Deus ſcit, vel coram Deo, dummodo careat intentione iurandi.

29 Iuramentum niſi fiat cum veritate, iudicio, & iuſtitia, eſt peccatum: verumtamen ſi deeſſet tantum iudicium, vel reuerentia, vel leuis iuſtitia, vt cum iurat ſe facturum illud quod tantum venialiter eſt illicitum, peccat venialiter. Nauar.

30 Tripliciter enim fit iuramentum. Primò, cum quis iurat falſum quod credit eſſe verum: ſecundò, cum iurat verum, quod credit falſum, Tertiò, cum iurat falſum, q̃d credit eſſe falſum. ſecundo, & tertio modo mortale eſt, non autem primo modo. Richar. in 3. diſt. 39.

31 Interrogatio, vtrum iuramentum, coactum, & doloſum obliget? dicit S. Bonauent. diſt. 3. q. 3. Quod ſe habet ex oppoſito, quo enim ad Deum doloſum iuramentum non obligat, quia non intendebat ſic iurans ſe obligare, ſed benè quoad proximum; quia accipiuntur verba ſecundum quod audiuntur, è contra de coacto iuramẽto, quò ad Deum obligat, non quò ad proximum, vnde prætor legum dicit, quod vi, aut metu fit, ratum non habeo.

32 Iurans id, quod eſt verũ, ſecundum mentẽ ſuã, no aũt

ſecun-

ſecundum mentem illius,cui iurat cum eſſet iuſſus iurare à iudice competente, & ſecundum ordinem iuris: vel ſe offerendo ſponte ad iurandum peccat mortaliter.Qui verò iniquè interrogaretur, poteſt optimè reſpondere, qđ neſcit intelligendo non eo modo ſe ſcire quò illud dicere teneatur.Nauarrus.

33 Nota ex Nauarro in Manual.c.18.num.57.quod quis interrogatur ſecundum ordinem Iuris, quando tria cōcurrunt ſcilicet:Primum,quod Iudex interrogans ſit cōpetens. Secundum, quod delictum ſit probatum plenè, vel ſaltem ſemiplenè,hoc eſt ſaltem per vnum teſtem omni exceptione maiorem, vel per indicia illi æquipollentia,vel per infamiam plenè probatā.Tertium,qđ ſit notificata illi huiuſmodi probatio, vt ſciat in quo ſtatu eſt.

34 Iurans ſophiſticè, aut doloſè, aliter intelligendo, atque ille cui iurat, nulla intercedente cauſſa, aut iuſta aliqua ratione,peccat mortaliter tam iurando,quàm non adimplendo.Nauar.

35 Iurare poteſt latro abſolutè ſe furtum non commiſiſſe, abſque periculo periurij, quando interrogatur à Iudice incompetente,intelligendo ſe non eſſe furatum illo die,menſe,& anno,&c.Nauarr.

36 Inducens aliquem ad iurandum, quē ſic falsè iuraturum,vel probabiliter dubitat,extra iudicium ſecundum S.Thomam.3.ſen.diſt.39.mortaliter agit:ſecus in iudicio; quia in ipſo iuramentum non tantum exigitur propter iudicem,ſed propter alios; nec poteſt Iudex remittere iuramentum, quod ſecundum ordinem iuris eſt exibendum: ſi tamen aliquis eſſet diſpoſitus ad falsè iurandum,& ego exigerem iuramentum ab eo cauſſa rationabili,non peccarem mortaliter, quia non induco ad falsè iurandum, ſed ad iurandum, & quia iſte actus poteſt benè, & malè fieri; ideò ſi falsè iurat ſibi imputetur. Ex Syluestrina.

37 Nota,quod obligatio voti, maior eſt, quàm obligatio iuramenti,quia obligatio voti eſt ex fidelitate, que continet reuerentiam Dei, obligatio verò iuramenti eſt ex reuerentia ſola,& ſic tranſgreſſio voti contra fidelitatē,

& reuerentiam, eſt maior tranſgreſſione iuramenti quæ eſt contra reuerentiam tantum: & ſic ex oppoſito maior eſt obligatio voti, ex Viguerio poſt D. Thomam. Alij vt refert Richard. diſtingunt de iuramento, quia aut fit homini, aut fit Deo: primo modo non ita fortiter obligat iuramentum ſicut votũ, quia obligatio, quæ fit Deo in voto, eſt fortior obligatione, quæ fit homini. Secundo modo magis obligat iurantum cæteris paribus: votum enim non importat niſi promiſſionem Deo factã ex deliberatione facta cum intentione ſe obligandi; hoc autẽ totum importat iuramentum, & addit adductioné perſonæ veritatis in teſtimonium ad maiorem confirmationem promiſſionis. Hæc ille in 4. diſt. 38. art. 5. q. 2.

De diſpenſatione iuramenti, eodem modo dicendum eſt, ſicut ſupra dictum de diſpenſatione voti, & hæc in præſentiarum de iuramento ſufficiant: ſi ampliora deſideras, vide in Summiſtas ver. Iuram.

De Sacramentis Sanctæ Eccleſiæ in communi. Cap. XV.

SAcramentum dicitur ſecundum Durandum a Sacrãdo actiuè, ſicut medicamentum à medicando, & ornamentum ab ornando.

Duo ſunt genera Sacramentorum ſcilicet, veteris, & nouæ legis.

1 Sacramentum in communi eſt ſacræ rei ſignum, S. Auguſtinus.

Sacramentum nouæ legis ſecundum Cathech is. eſt res ſenſibus ſubiecta, quæ ex Dei inſtitutione ſanctitatis, & Iuſtitiæ tum ſignificandæ, tum efficiendæ vim habet.

2 Vel ſecundum S. Auguſtinum, eſt viſibile ſignum inuiſibilis gratiæ, cuius imaginem gerit, & cauſſa exiſtit: vt in baptiſmo ablutio exterior eſt ſignum ablutionis interioris, & cauſſa.

3 Item ſecundum S. Bonauent. in declaratione termino-

rum Theolog. poſt Hugonem de Sanc. Vicet. & Materiale elementum oculis ſubiectum, ſimilitudine repræſentās, inſtitutione ſignificans, ſignificatione gratiam conferens.

4 Item ſecundum Scotum, eſt ſignum ſenſibile, gratiam Dei, vel effectum gratuitum, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans, ordinatum ad ſalutem hominis, viatoris.

5 Item ſecundum Petrum aureolum, Sacramētum eſt ſignum ſenſibile, efficiens quod figurat.

Item ſecundum Toletum, eſt ſignum ſenſibile, ſpiritualis animæ, ſanctificationis, ad cultum veri Dei, à Chriſto Domino inſtitutum.

6 Sacramenta ſunt in genere ſigni, quod quidem ſignum eſt res, quæ præter ſpeciem, quam ingerit ſenſibus, aliquid aliud ex ſe, facit in cognitionem venire. Magiſter poſt S. Auguſt.

7 Differentia inter Sacramenta veteris, & nouæ legis eſt, quod illa tantum ſignificabant, iſta ſignificant, & operantur gratiam. Cathechiſmus.

Vnumquodque Sacramentum conſtat ex materia, & forma, & intentione miniſtri.

8 Materia, & forma in vno quoq; Sacramento eſt. Materia elementum ſenſibile, ſeu actus exteriores in aliquibus, vt in baptiſmo aqua, in pœnitentia actus pœnitentis. Forma verò ſunt verba determinata, vt in Baptiſmo, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Vnde dicit D. Auguſtin. accedit verbum ad elementum, & fit Sacramentum.

9 Sex cauſſæ concurrunt in Sacramentis nempe, efficiēs, & eſt ſolus Deus: materialis, & eſt elementum ſenſibile: formalis, & ſunt verba determinata: finalis ipſa gratia, vel character, meritoria, Paſſio Chriſti, Inſtrumentalis miniſter, ſiue bonus, ſiue malus, dummodo habeat intentionem.

10 Non licet addere, vel diminuere aliquid ex ijs, quæ pertinent ad formam Sacramentorum, & ſi fieret an perficeretur

ceretur Sacramentum? dico quod ſi addens, vel diminuens intenderet inducere alium ritum diuerſum ab Eccleſia non conficeretur Sacramentum: ſimiliter etiam non conficeretur Sacramentum ſi additio, vel diminutio eſſet tanta quod corrumperet ſenſum verborum ipſius formæ.

Effectus Sacramenti eſt, gratia, & character.

11 Sacramenta habent ſuam efficaciam à Paſſione Chriſti, per quam Deus meritoriè, & Satisfactoriè operatus eſt noſtram ſalutem, & ſanctificationem.

12 Sacramenta nouæ legis ſunt ſeptem, videlicet Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo, & Matrimonium.

13 Sacramẽta numero sũt ſeptẽ, & nõ plus: quia medicina corporalis eſt quadruplex ſcilicet, Curatiua, præſeruatiua, cõſeruatiua & melioratiua ſimili modo, & Sacramẽta curãt, Baptiſmus, etenim curat ſimul, & totaliter, Pœnitẽtia verò curat quantum ad pœnam, quouſque nullius pœne homo debitor ſit: Extrema vnctio curat à morbis leuioribus, ſcilicet à venialibus, Sicut Baptiſmus, & pœnitẽtia à lætalibus. Sic ergo prædicta tria Sacramenta ſunt quaſi medicina curatiua. Confirmatio autem eſt medicina conſeruatiua ſanitatis ſpiritualis, in qua datur Spiritus Sanctus ad robur, & conſeruationem gratiæ datæ in baptiſmo. Matrimonium eſt medicina præſeruatiua. Ordo eſt medicina melioratiua in quo augmentatur gratia, Euchariſtia, hæc omnia ſimul facit, curat enim uenialia, quæ ſunt occaſio ruinæ maloris; conſeruat gratiam inuentam in homine, & augmentat, ſicque meliorat, & nihilominus à peccato præſeruat. Compend. Theologiæ.

Multiplex eſt differẽtia inter Sacramẽta nouæ legis: vnde Primò differũt in hoc, q̃d quædam ſunt neceſſaria ad ſalutem abſolutè, vt Baptiſmus: quædam neceſſaria, ex præcepto Eccleſiæ, vt Euchariſtia ſemel in anno, & confirmatio volenti accipere primam tonſurã quædam ſunt neceſſaria ex ſuppoſitione, vt pœnitentia eſt ne-

ceſſaria, ſuppoſito quod aliquis ſit in peccato mortali: quædam ſunt neceſſaria reſpectu Eccleſiæ, vt ordo, quia per ipſum creantur miniſtri Eccleſiæ: quædam ſunt neceſſaria, quia commodum conſequimur finem: nam Confirmatio perficit Baptiſmum, Extrema Vnctio, Pœnitentiam: matrimonium verò per propagationem conſeruat multitudinem in Eccleſia.

15 Secundò, differunt in hoc, quod quædam non poſſunt iterari ſcilicet Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo: quædã verò ſic, & laudabiliter frequentantur, ſcilicet duo, Euchariſtia, & Pœnitentia, & quædam iterabilia, ſed nõ frequẽtabilia, duo ſcilicet, extrema Vnctio, & Matrimoniũ.

Tertiò, differunt in hoc, quod tria imprimunt characterem indelebilem, ſcilicet Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, & propter hoc non poſſunt iterari; alia verò quatuor nequaquam.

16 Quartò, differunt in hoc, quod quædam ſolum ſunt Sacramenta in vſu, & applicatione, ideſt dum conferuntur; nam Chriſma conſecratum ab Epiſcopo, non eſt Sacramentum Confirmationis, ſed ſolum cum Epiſcopus vngendo profert formam: Euchariſtia verò non ſolum dum conſecratur, aut ſumitur, ſed etiam conſeruata in tabernaculo, aut vaſe, eſt Sacramentum.

Quintò, differunt reſpectu materiæ, & formæ, quæ eſt diuerſa in vno quoque Sacramento.

Solus Deus inſtituit Sacramenta, licet Chriſtus inquãtum homo habuerit poteſtatem miniſterij principalis, ſeu Excellentiæ.

17 Baptiſmus inſtitutus fuit à Domino Noſtro Ieſu Chriſto: Matthæi vltimò, Euntes docete omnes gentes, &c. Confirmatio, dum impoſuit manus paruulis: Matthæi XIX. De Euchariſtia, patet eius prædicatio diffuſa. Ioannis VI. Et inſtitutione in cœna Matth. XXVI. de Pœnitẽtia, patet eius promiſſio: Matth. XVI. Tibi dabo claues regni, &c. Et inſtitutio, Ioan. XX. Accipite Spiritum Sanctũ &c. De Vnctione extrema, Marci. VI: cum Apoſtoli, Vnxerunt infirmos, & ſanabantur. De matrimonio, Matth. XIX. & Marci X. Vbi Chriſtus approbat, & ratificat matrimo-

trimonium, Quod Deus coniunxit, &c. De ordine, Matth. XXVI. Hæc quotieſcumq; feceritis, in mei memoriam facieis, & Ioan. XX. Quorum remiſeritis peccata remittũtur ei s, &c. Scotus, & Richar.

18 Miniſter, ſiue bonus, ſiue malus, ſiue infidelis, degradatus, excommunicatus, vel ſuſpenſus ſit, dummodo habeat intentionem faciendi quod facit Sancta Mater Eccleſia, conficit Sacramentum: licet peccet (intellige de malo) hoc tamen intelige, dummodo ſit Miniſter.

Intentio actualis deſideratur in miniſtro dum cõfert, & conficit Sacraméta: attamen ſufficit quod quis habeat ſaltem virtualem.

19 Vnum Sacramentũ, eſt dignius altero, quinque modis vnde verſus.

Maior in effectu Baptiſmus, corpus in eſſe.
Coniugium ſigno, maiori Chriſma miniſtro.
Nobilior gradu, præcellere dicitur Ordo. S. Bon.

*Sacramenta nouæ Legis ſunt cauſa inſtrumentalis noſtræ Iuſtificationis. Concil. Triden.

20 In vnoquoq; Sacramento reperiuntur tria ſcilicet, Sacramentum, res ſiue effectus, res & Sacramentum, vt in in Baptiſmo, Sacramentum eſt illa ablutio exterior cum forma: res eſt gratia, res & Sacramentum, eſt character. Hæc, & alia ſupra ferè omnia ex additionibus ad Sauonarolam.

Character eſt ſignaculum quoddam, quo anima inſignitur ad ſuſcipiendum, vel alijs tradendum ea, quæ ſunt Diuini cultus. S. Thomas.

21 Interrogatio, cum ſit quod Paſſio Domini Noſtri, non ſolum fuit ſufficiens pro redemptione iſtius Mundi; ſed pro infinitis ſi eſſent, quare igitur Chriſtus Seruator noſter inſtituit Sacramenta contra peccata, quaſi quod ſua Paſſio non fuiſſet ſufficiens ad noſtram ſalutem abſque Sacramentis, oppoſitum dicens Apoſtolus ad Romanos. 5. cum inimici eſſemus reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius? Reſpon. ſecundum S. Thomam in 3. p. q. 61. art. 1. ad 3. argum. Quod Paſſio Chriſti eſt cauſa ſufficiẽs humanæ ſalutis, nec propter hoc ſequitur, quod Sacra-

menta

menta non ſint neceſſaria ad ſalutem;quia operantur in virtute Paſſionis Chriſti, & paſſio eiuſdem quodammodo applicatur hominibus,per ſacramenta, ſecundum illud Romanorũ.VI. Quicunque baptizati ſumus in Chriſto,in morte ipſius baptizati ſumus,& ſic patet ad obiectionem. Aliqui alij etiam inſtant dicendo,gratia,& virtutes ſufficiunt ad curandum hominem, vt ſecundũ Philoſophum , primo phiſicorum, Nõ debet fieri per plura, quod fieri poteſt per pauciora, ergo ad curationem hominis, nulla debuerunt inſtitui Sacramenta? Reſpondet Ricard.de media Villa in 4.diſt.1.art.2.q.4. ad ſecundũ argum. quod gratia, & virtutes ſufficiunt ad curandum hominem formaliter: ſicut ſanitas corpus ſanat,ergo nõ debuit inſtitui medicina conferens ſanitatem: ita non ſequitur gratia ſanat ergo non debuerunt inſtitui Sacramenta gratiam conferentia: quia alio modo quàm gratia ſanant Sacramenta quia gratia formaliter, Sacramẽta quodammodo effectiuè non ſicut efficiens principale ſed inſtrumentale.

22 Circa neceſſitatem Sacramentorum eſt notandum ſecundum.S.Bonauent.in 4.diſt.1.q.1. Quod fuit neceſſarium inſtituere Sacramenta,neceſſitate congruitatis, nõ ineuitabilitatis; quia Deus potentiam ſuam non alligauit Sacramentis, ſicut dicit magiſter in textu ſententiarum. &c. Et nulli dubium eſt, quod Deus ſine Sacramentis potuit nos ſaluare. Quare ergo Sacramenta inſtituit? vtiq; quia ſibi placuit,ergo quia ſic Deus ordinauit ſunt neceſſaria,& non aliunde.

De Sacramento Baptiſmi, particula III.

Baptiſmus dicitur à Baptizo, quod eſt immergo, nam baptizare apud Græcos eſt lauare vide infra.

Baptiſmus ſic deſcribitur à Magiſtro ſent. quod eſt, ablutio corporis exterior,facta ſub verborum præſcripta forma.

23 Vel ſecundum Scotum, eſt Sacramentum ablutionis animæ

animæ à peccato, conſiſtens in ablutione corporis hominis, aliqualiter conſentientis facta ab aliquo in aqua, cũ verbis certis, ſimul ab eodem abluente, cum debita intentione prolatis.

24 Item ſecundum Nauarrum Baptiſmus eſt, Sacramentum aquæ naturalis, qua vnus ab alio in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, cum debita intentione abluitur. Hæc ille in Manual. c. 22.

Item, ſecundum Chatechiſmum: Baptiſmus, eſt Sacramentum, regenerationis, per aquam in verbo.

25 Materia Baptiſmi eſt duplex, ſcilicet propinqua, & remota: Propinqua eſt ablutio: Remota eſt aqua naturalis, & quicquid retinet ſpeciem aquæ naturalis, vt brodium, aqua ex luto expreſſa, lixiuium, aquæ balneorũ ſulfureorũ, Medonis, id eſt aqua mellita. Qui tamẽ poſſet habere aquã ſimplicẽ naturalẽ, peccaret vtendo prædictis, licet eſſet verè Baptiſmus: qui non eſſet ſi vteretur aquis artificialibus, vt eſt aqua Roſacea, & aquæ lambicatæ.

Forma Baptiſmi eſt: Ego te baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sãcti. Amen: licet, ego, non ſit de eſſentia.

26 Effectus Baptiſmi ſunt multi: Primò, tolluntur omnia peccata, & omnis pœna peccati. Secundò, infunditur nõ ſolum gratia, ſed omnes virtutes. Tertiò, imprimitur character, Quartò, aperitur Regnum Cœlorum. Et hæc omnia dummodo quis non accedat fictè, attamen recedente fictione conſequuntur effectus Baptiſmi.

27 Baptiſmus confertur tribus modis, ſcilicet, vel per immerſionem, quæ debet eſſe trina, vel vna, ſecundum conſuetudinem; vel per effuſionem, vt fit noſtris temporibus effundendo aquam ſuper caput infantis, cum prolatione verborum, vel per aſperſionem, vt ſolet fieri, quando eſt maxima multitudo Baptizandorum.

28 Baptiſmus eſt triplex: nempe aquæ, qua ordinariè vtitur Eccleſia: Sanguinis, quo baptizantur martyres ſine Baptiſmo aquæ moriẽtes: Fluminis, quo baptizantur, qui per Spiritum Sanctum mouentur ad credendum, & cupiunt Baptizari, quorum bona voluntas ſupplet vicem baptiſmi, ſi deeſt facultas recipiendi actualiter.

29 Miuiſter Baptiſmi eſt proprius Sacerdos, & in caſu neceſſitatis quilibet ſeruando ritum Eccleſiæ poteſt baptizare: qđ tamen à digniori perſona præſenti Eccleſiaſtica, vel his abſentibus ab homine quouis, ſi adſit, vel fœmina maſculis abſentibus fieri debet.

Quando verò fuerit baptiſmus inſtitutus, vide ſupra de Sacramentis in communi.

30 Ex Concilio Tridentino, vnus tãtum, vel vnus, & vna poſſunt aſſumi, patrinus, & patrini tenetur baptizatum inſtruere in rudimentis fidei, & bonis moribus, ſi hoc ab alijs non viderint fieri.

31 Leuatio pueri de fonte Baptiſmatis inducit cognationem ſpiritualem inter Baptizatum, & Baptizantẽ, & patrinum, & Patrem, & Matrem Baptizati, ita quod inter illos non poteſt contrahi Matrimonium.

Baptiſmus præcedunt, Cathechiſmus, & exorciſmus, & ideo ſi puer fuit domi Baptizatus, cum defertur ad Eccleſiam non debent hæc omitti.

32 Populus, vt in caſu neceſſitatis poſſit Baptizare, eſt inſtruendus, ritè de his ſcilicet de forma vt ſupra, & de infundendo acquã, vel de puero imergendo ter, & de proferendo hæc verba, Ego te Baptizo, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.

33 Baptiſmus denegatur his, ſcilicet, adultis exiſtentibus in peccato mortali, vel in propoſito peccati mortali, licet enim, non teneatur confiteri, nec ſint pro eis inungẽdæ pœnitentiæ, debent tamen dolere de præteritis, & habere propoſitum abſtinendi de futuris.

34 Similiter non ſunt Baptizandi pueri paruuli infideliũ, & Iudeorum inuitis parentibus: nec ſunt Baptizãdi pueri in matris vtero adhuc exiſtentes, qui tamen, ſi caput emiſerint, & inſtet periculum, poſſunt Baptizari: ſed poſtea ſi perfectè naſcantur iteru n ſunt Baptizandi ſub conditione.

35 Furioſi, & amentes à natiuitate debent Baptizari ſicut pueri, quod ſi non ſunt à natiuitate, debent Baptizari quando habent dilucida interualla, vel etiam dum ſunt furioſi, dummodo ante petierint, vel habuerit deſideriũ

Baptiſmi.

Baptiſmi. Hæc ex additionibus pro maiori parte ad Sauonarolam.

36 In Baptiſmo eſt aliquid quod eſt Sacramentum tantũ, vt elementum viſibile: aliquid eſt res tantum ſignificata, vt gratia curans: aliud quod eſt, Sacramẽtum, & res ſignata, vt character. S. Bonauent. in centiloquio.

De Sacramento Confirmationis, Particula. III.

37 Confirmatio ſic deſcribitur à Chatechiſmo ex pluribus locis, eſt Sacramentum, quo fides, gratia, & vita ſpiritualis inchoata in baptiſmo confirmatur, augetur, atq; perficitur.

Vel ſecundum S. Bonauen. eſt ſignatio hominis baptizati, in fronte facta ab Epiſcopo ad roborandum hominem in fide.

38 Item ſecundum S. Thomam, eſt Sacramentum ſpeciale ordinatum ad quandam perfectam ætatem ſpiritualem, ſicut baptiſmus ordinatur ad generationem eiuſdẽ vitæ.

39 Item ſecundum Scotum, eſt vnctio hominis viatoris aliqualiter conſentientis, vel libero arbitrio nũquam vſi, facta in fonte, in figura Crucis, cum chriſmate ſanctificato, & hoc à miniſtro idoneo, ſimul cum intentione debita inungente, & certa verba proferente, ſignificans efficaciter ex inſtitutione diuina vnctionem animæ per gratiam roborantem, ad confitendum cum fiducia fidem Chriſti.

Item ſecundum Nauarrum, eſt Sacramentum vnctionis chriſmatis conſecrati, quo Epiſcopus frontẽ baptizati iniungit ſub certa verborum forma.

40 Materia Sacramenti confirmationis, eſt oleum balſamo permixtum, ab Epiſcopo conſecratum.

Nota quod Sacramentorum quædam ſunt neceſſitatis, & ideò licet in his requiratur sãctificatio materiæ ad ſolemnitatem, non tamen ad neceſſitatem, vt in baptiſmo: quædam ſunt perfectionis, & ideò in his requiritur ſanctificatio materiæ ad ſolemnitatem, & neceſſitatem, vt in

hoc Sacramento,& extrema Vnctione.Hæc Petrus à Tarantaſio in 4.diſt.7.

Forma confirmationis eſt:Cōſigno te,ſigno Crucis,& Confirmo te, chriſmate ſalutis,in nomine Patris,& Filij,& Spiritus Sancti,Amen.

Miniſter huius Sacramenti ordinarius eſt Epiſcopus. Concilium Florentinum.

41 Sacramentum hoc eſt conferendū,omnibus baptizatis & poteſt conferri omni ætatis tempore, maximè tamen conuenit ad ſeptenium ſaltem vſq; diferri. Chatechiſm.

42 Non baptizatus non poteſt confirmari;nam character confirmationis præſupponit characterē Baptiſmalē:imo nihil recipit,& poſt Baptiſmum eſſet iterū confirmādus.

43 Effectus huius Sacramenti eſt gratia gratum faciens robur ad fidē,& character.De inſtitutione huius Sacramenti vide ſupra de Sacramentis in communi.

44 Sacramentum hoc confertur in fronte,vt homo in manifeſto ſe oſtendat eſſe Chriſtianum,& ne nomen Chriſti ob timorem, vel erubeſcentiam omittat confiteri.

Confirmare,ān poſſit non confirmatus? Reſpon.Alex. Allenſ.quod non. vide eum 4.q.28.

45 Papa electus tantum, & non Sacerdos,non poteſt cōfirmare;poteſt tamen hoc munus ſimplici Sacerdoti demādare,ſeu cōmittere.Sotus 4 diſt.7.ar.11.quaſi in fine.

46 Per hoc Sacramentum contrahitur cognatio Spiritualis,ſicut in Baptiſmo,nempe inter confirmantem,& confirmatum,illiuſq; Patrem,& Matrem,ac tenētem. omnia ferè ex additionibus,vt ſupra.

47 In confirmatione forma audibilis eſt Sacramentū tantum,ſimul cum materia: viſibilis, aliud eſt,quod eſt tantum res, & eſt gratia corroborans:aliud quod eſt res, & Sacramentum,vt character.S.Bonauen.in centiloquio.

De Sanctiſſima Euchariſtia. Particula IV.

Euchariſtia dicitur,ab eu, quod eſt bonum, & charis, gratia, quaſi bona gratia; quia in illo Sacramento continetur Chriſtus,qui eſt fons gratiæ.

Eucha-

48 Euchariſtia ſic deſcribitur in Concilio Tridentino, eſt Sacramentum, Corporis, & Sanguinis Chriſti ſub ſpeciebus panis, & vini inſtitutum ad ſpiritualem hominis refectionem. Seſſione 13. c. 2. & 3.

49 Vel ſecundum Scotum, eſt Sacramentum Corporis, & Sanguinis Chriſti, veraciter cõtenti ſub ſpeciebus panis, & vini, poſt conſecrationem factam à Sacerdote ſub certis verbis, cum debita intentione prolatis, ex inſtitutione Diuina veraciter ſignificãs Chriſti Corpus, & Sanguinem ſub illis ſpeciebus realiter contineri. in 4. diſt. 8.

Item ſecundũ Sotum, Euchariſtia eſt Sacramentũ Corporis, & Sanguinis Chriſti, quo vita ſpiritualis nutritur.

50 Itẽ ſecundũ Nauar. eſt Sacramentũ quo ſub ſpecie panis, & vini, verũ Corpus, & Sanguinis Chriſti continetur.

Item ſecundum Toletum, ſunt ſpecies ſenſibilis panis, & vini Corpus, & Sanguinem Chriſti ſignificantes, & realiter continentes.

51 Materia Sacramenti Euchariſtiæ eſt duplex, ſcilicet propinqua, & remota: frumẽtum, & azimi, eſt remota; at propinqua eſt panis triticeus, & azimus (eſſet tamen Sacramentum ſi eſſet fermentatus, licet peccarẽt latini ſic facientes) & vinũ modica aqua permixtum; aqua tamen non eſt de neceſſitate Sacrament..

52 Forma conſecrationis huius Sacramenti, ſcilicet panis, eſt iſta, Hoc eſt enim Corpus meum. Licet illud, enim, omiſſum non impediat perfectionem Sacramenti.

53 Forma Conſecrationis vini eſt illa, Hic eſt enim Calix Sanguinis mei, noui, & æterni teſtamenti, myſterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorum.

54 Quid demonſtrat in forma Panis, vel Vini pronômen demonſtratiuum, Hoc, vel, Hic? Reſpondeo: Circa hoc fuerunt plures modi dicẽdi, quibus dimiſſis, cauſſa breuitatis, dicendũ eſt, quod Richar. de S. Victore, lib. de Trin. dicit, quod ibi eſt demonſtratio mixta, ſcilicet partim ad ſenſum, & partim ad intellectum, ſub hoc ſenſu, Illud in quod hoc tranſmutabitur, eſt Corpus meũ; ſicut ſi de cibo, quẽ adhuc comedo dicam, Hoc eſt Corpus meũ, ideſt

illud, in quod iſte cibus eſt transmutandus, eſt corpus meum. Hæc autem loquutio adhuc eſſet verior, & magis propria, ſi virtute eius in plorationis termino, ille cibus fieret corpus meum: in propoſito autem ſic eſt, quia ibi virtute verborum in complemẽto, & termino ipſius orationis panis fit verum Corpus Chriſti.

55 Nota pro expoſitione ſecũdæ formæ, quæ ſequuntur; Cum ergo dicitur, Hic eſt Calix Sanguinis mei, eſt loquutio figuratiua, & ſumitur continens pro contento, & eſt Methonimia, vt ſit ſenſus, Hic eſt Sanguis meus in Calice contẽtus. Noui, & æterni teſtamenti, ſupple, cõfirmatio: Myſterium fidei, ſcilicet eſt hic Calix: hoc autem dicitur non quia Sanguis Chriſti ſit in hoc Sacramento ſolum, ſicut in myſterio, cum ibi ſit in veritate, ſed ad denotandũ quod ibi eſt occultè. Qui pro vobis, ſcilicet Iudeis, & Sacerdotibus illum bibentibus: & pro multis, ideſt pro his, pro quibus offertur, licet non bibant, & pro gentilibus: effundetur, in Cruce: In remiſſionem peccatorum, omnium, ſiue ſint actualia ſiue originalia. Hæc ex Sylueſt. in tract. Miſſæ.

Nota quod in hac forma fit mentio de effectu Paſſionis, & nõ in alia, ſcilicet conſecrationis Panis, quia Sanguis eam expreſsè repræſentat.

56 Nota etiam, quod in forma ſecunda fit mentio de vaſe apto ad potionem, ideſt Calice, non autem in prima fit mentio de Menſa; quia neceſſarium eſt vas ad nobis applicandum potum, non autem ad applicandum cibum. Sylueſter.

57 Eſt ſciendum quod Chriſtus in Sacrificio Euchariſtiæ, ipſe conſecrat Corpus ſuum, & Sanguinem, quia in hoc Sacrificio ipſe eſt, Sacerdos, & Hoſtia. Liranus. ſuper Pſalm. 110.

58 Circa conuerſionem quæ fit in hoc Sacramento, per virtutem verborum præfatorum, eſt firmiter tenendum, quod ſubſtantia panis, & vini, ſecundum totam ſuã materiam, & formam exiſtens actu, tranſubſtantiatur in totum Corpus Chriſti, & Sanguinem, actu exiſtentem; ita quod materia, in materiam, & forma, in formam, ſcilicet

Corpo-

Corpoream trán ſubſtantiatur, ſolis accidentibus remanentibus. Ex S. Bonau. 4. diſt. 11. p. 1. q. 2. & S. Thom. 3. p. q. 75. Scotus tamen aliter dicit in eadem diſt. Vide eum ibi, ſi placet.

Quando autem hoc Sacramentum fuit inſtitutum, vide ſupra de Sacramentis in communi.

59 Idonej ſuſceptores huius Sacramenti, Quindecim enumerãtur à Petro Aureolo in 4. diſt. 9. q. 2. Videlicet. Homo Viator, Adultus, Fidelis, Mente præditus, Ieiunus, Deuotus, Apparitione miraculoſa non prohibitus, Sine conſcientia peccati mortalis, Legitimè confeſſus, In couerſatione crimine non notatus, Corpore mundus, A miniſtro idoneo, Tempore debito, & Recta intentione ſumptus. Expoſitionem vide in Angleſ. verb. Euchariſtia. 3. §. 6. & cœteris.

60 Sacramentum Euchariſtiæ prodeſt ſumentibus ꝑ modum Sacramenti, & Sacrificij ſimul: non ſumentibus autem per modum Sacrificij tantum. ex S. Thoma. 3. part. quæſt. 79. art. 7.

Miniſter huius Sacramenti eſt ſolus Sacerdos.

61 De præparatione habenda ad receptionem huius Diuiniſſimi Sacramenti, ſic dicit Concilium Tridentinum; Eccleſiaſtica conſuetudo declarat, eam probationem eſſe neceſſariam, vt nullus ſibi conſcius peccati mortalis, quantumuis ſibi contritus videatur, abſq; præmiſſa Sacramentali confeſſione ad Sacram Euchariſtiam accedere debeat: quod à Chriſtianis omnibus, etiã ab ijs Sacerdotibus quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc Sancta Synodus perpetuò ſeruandum eſſe decreuit; modo non deſit illis copia Confeſſoris. Quod ſi neceſſitate vrgente, Sacerdos abſq; præuia confeſſione celebrauerit, quamprimum confiteatur.

62 Tribus modis ſumitur hoc Sacramentum; vnde quidã ſumunt ſolum Sacramentaliter, vt peccatores: Quidam ſpiritualiter tantum, qui voto, & propoſito illum panem Celeſtem edentes fide viua, quæ per dilectionem operatur, fructum eius, & vtilitatem ſentiunt: Quidam Sacramentaliter, & ſpiritualiter: & hi ſunt, qui purgata prius

conſcientia ad communionem accedunt.

63. Nota quod ſunt multa, quæ impediunt perceptionem huius Sacramenti vt peccatum mortale, & pollutio nocturna, quæ præceſſit, vel cauſſa vir peccatum mortale; & actualis defectus rationis, vel diſcretionis. In articulo tamen mortis eſſet communicandi, ſi antequam vſum rationis ammitterent, illud deſiderauerunt, dummodo nõ ſit periculum vomitus, expuitionis, vel huiuſmodi.

64 Pueri non agnoſcuntur habere diſcretionem per numerum annorum, ſed an ſciant diſcernere inter panem Sacramentalem, & materialem; & an oſtendant deſiderium, & ſignum deuotionis erga hoc Sacramentum.

65 Effectus huius Sacramenti ſunt, Conuerſio Panis, & vini in Corpus, & Sanguinẽ Chriſti; ita quod totus Chriſtus ſub qualibet ſpecie continetur, & in qualibet parte: Cõiunctio hominis ad Chriſtum: Remiſſio peccati mortalis obliti; Si tamen adhibita fuit debita diligentia: Remiſſio peccati venialis: & vt eſt Sacrificium remittit pœnas peccatorum, & prodeſt non ſolum ſumentibus: Sed & ijs, pro quibus offertur, dummodo ſint in gratia, tàm viuis, quàm Defunctis. & ſecundum S. Thom. in 4, diſt. 12. principalis effectus huius Sacramenti eſt conuerſio hominis in Deum, ſcilicet Chriſtum; ſecundum illud Apoſtoli ad Galat. 2. Viuo ego, iam non ego viuit verò in me Chriſtus. Hæc pro maiori parte, ex additionibus vt ſupra.

66 In præfato Sacramento, eſt aliquid, quod eſt Sacramẽtum tantum, vt ſpecies viſibilis panis, & vini: Aliud tantum res, vt Corpus Chriſti Myſticum: aliud res, & Sacramentum, vt Corpus Chriſti verum. S. Bon. in centiloquio.

67 Nota, quod ex præcepto Eccleſiæ quis tenetur ſemel in anno, ſcilicet in Paſchate recipere hoc Sacramentum.

De Sacrificio Miſſæ. Particula. VI.

Miſſa ſecundum Hugonem de S. Vict. dicitur à mittendo; quia oblatio Corporis Chriſti mittitur ad Cœlum miniſterio Angelorum. Vel dicitur quaſi transmiſſa eò, quod populus per miniſterium Sacerdotis, qui mediato-

ris vice fungitur inter Deum,& homines,præces,vota,& oblationes tranſmittat Deo.

Miſſa ſic deſcribitur,eſt contemplatio,& quaſi repræſentatio Paſſionis Chriſti.

68 Miſſam inſtituit Dominus Ieſus, Sacerdos ſecundum ordinem Melchiſedech,quãdo panem, & vinum in Corpus, & Sanguinem ſuum tranſubſtantiauit dicens: Hoc eſt Corpus meum:Hic eſt Sanguis meus:ſubiungens.Hoc facite in meam commemorationem. Gulielm. in Rationali.lib.4.

Miſſa quatenus in ea Paſſio Chriſti Ieſu repræſentatur, eſt Sacrificium memoriale, in eaque Chriſtus memorialiter immolari dicitur.

69 Miſſa quantum ad oblationem Chriſti, quam Sacerdos in Altari facit,& eius conſecrationem, & ſumptionem, eſt verum, & proprium Sacrificium, vereq; & propriè ibi Chriſtus immolatur. Sacrificium enim eſt propriè oblatio ſoli Deo facta, circa quam Sacerdos aliquã Sanctam cærimoniam, ex inſtitutione diuina poſitam, exercet.

70 Quando Hoſtia offerenda eſt mactabilis de ratione Sacrificij eſt eius occiſio. conſtat ex omnibus Sacrificij antiquis.

71 Quando Hoſtia non eſt mactabilis de ratione Sacrificij eſt hoſtiæ conſumptio;nempe vt ſimpliciter,vel ſecũdum quid,deſinat eſſe.

72 Quamuis Chriſtus in Altari à Sacerdote non occidatur(Iam enim nõ moritur,&c.) immolatur tamen,quia incruentè conſumitur.

73 Nota,quod ſi Sacerdos poſt conſecrationem, & oblationem Hoſtiæ,illam propter aliquid impedimentum nõ cõſumeret,nec ab alio Sacerdote Miſsã perficiente cõſumeretur;talis Miſſa nõ eſſet Sacrificiũ, ſed oblatio dumtaxat;aliquem tamen fructum ex opere operantis haberet: & Euchariſtia poſita in tabernaculo non eſt Sacrificium,ſed ſolum Sacramentum.

74 Neque Hoſtiæ cõſecratio eſt de ratione Sacrificij,neq; Sãguinis sũptio.Feria nãq; ſexta maioris hebdomadæ,ve

rum

Vndecima, quia Angelis ibi exiſtentibus ſufficit in præſentia tantæ maieſtatis eſſe ſcolares: Duodecima, quia ibi eſt Dominus Cœli, & terræ.

78 Officium Miſſæ moraliter exponitur ita: Introitus ſignificat inchoationem operis, & duplicatur, quia in noſtra inceptione debemus declinare à malo, & facere bonum: Kyrie eleiſon, quod nouem vicibus variatur, ſignificat inuocationem Miſericordiæ Dei, qua nouem modis indigemus: primis tribus modis, ad peccatorum remiſſionem, quæ committimus corde, ore, & opere, quantum ad Contritioné, Confeſſionem, & Satisfactionem: Secũdis tribus modis, quantum ad gratiæ collationem, ſcilicet, fidei, ſpei, & charitatis: Tertijs tribus modis, quantũ ad glorificationem, qua gaudebimus, in Deo, ſupra nos; intra nos, de nobis ipſis; & iuxta nos, de proximo. Gloria in excelſis Deo, ſignificat gratiarum actionem. Collectæ, denotant Orationem. Epiſtola, & Euangelium veteris, & nouæ Legis obſeruationem. Graduale, & Alleluia, vitæ actiuæ, & contemplatiuæ perfectionem. Offertorium, contribulati Spiritus Sacrificium. Secreta, ſignificat ſtatum viæ. Præfatio, ſtatutum patriæ. Sanctus ter, exultationem Angelorum præſentium. Canon, tranſitum membrorum in Corpus Chriſti myſticum. Pater noſter, ſignificat filiationem per gratiam. Agnus Dei, liberationem per miſericordiam, & triplicatur, vt liberemur à malis, præteritis, præſentibus, & futuris. Communio, ſeu complenda, ſignificat boni operis cõſumationé.

79 Circa quædam alia, quæ ſunt in Miſſa, nota ſignificationem Allegoricam. Intelligimus enim per Altare, Crucé; per Calicem, Sepulchrum; per patenam, lapidem ſuper poſitum; per Corporale, Syndoné, in qua Corpus Domini fuit inuolutum. Ex Compend. Theolog.

80 Nota de veſtibus Sacris: Cingulus ſignificat funes, quibus fuit ligatus Chriſtus; Albá ſignificat veſtem albam qua Chriſtus ab Herode fuit indutus; Amictus, Coronã Spineam: Manipulus, vincula Chriſti; ſtola Crucem ſup humeros Chriſti; Planeta, veſtem rubeam, qua Chriſtus fuit indutus: Ex S. Thom.

81 In Miſſa fiunt vigintiquinque cruces in ſeptem vicibus, quæ expreſsè ſignificant paſſionem Chriſti: In prima vice fiunt ter, ad ſignandum trinam traditionem Chriſti, ſcilicet, à Deo, Iuda, & Iudæo. In ſecunda fiunt quinquies ad ſignificãdũ quinq; perſonas, quæ in traditione Chriſti fuerunt, ſcilicet perſona traditi, tradẽtis Iudæ, & emẽtiũ, q fuerũt, tres, ſcilicet Põtifices, Scribæ, & Phariſæi. In tertia fiunt bis, ad ſignificandũ cõuerſionẽ duplicis elemẽti, ſcilicet panis, & vini. In quarta fiunt quinquies ad ſignificandum quinque plagas. In quinta fiunt bis, ad ſignificandum uincula, quibus corpus fuit ligatum, & flagella quibus ſanguis effuſus eſt. In ſexto fiunt ter, propter crucifixionem factam linguis Iudæorum, quando ter dixerunt, Crucifige eum. In ſeptima quinque, ter de corpore ſuper calicem, & bis à latere, vt ſignificentur tres cruciatus, ſcilicet Paſſionis, Propaſſionis, & compaſſionis: & propter aquam, & ſanguinem, quæ de latere Chriſti fluxerunt. S.Bon.4 diſtin.12.2.p.circa literam.

82 Sacerdos in Miſſa ſepties ſalutat Populum hac voce Dominus vobiſcum, & quinque vicibus vertit ſe ad populum, ad ſignificandum, quod dominus in die reſurrectionis, quinquies ſe manifeſtauit: duabus autem non vertit ſe ad populum, nempe ad Euangelium, & in præfatione, vt reddat populum attentum ad Euangelium, & præfationem, & ad laudem Dei, quæ continetur in ipſis.

83 Fractio Hoſtiæ ſignificat tria; primò diuiſionem corporis Chriſti, quæ facta eſt in paſſione. Secundò diſtinctionem corporis Chriſti miſtici ſecundum diuerſos ſtatus. Tertiò diſtributionem gratiarum procedentium ex paſſione.

Delatio Miſſalis ab vno cornu altaris ad aliud ante Euangelium, ſignificat tranſitum legis à ſynagoga ad Ecclefiam.

Reſtitutio Miſſalis in fine miſſæ, Significat quod in fine mundi lex Euangelica recipietur à populo Hebræorum.

84 Extenſio manuum Sacerdotis ante conſecrationem ſignificat fructus paſſionis latè diffuſos eſſe: poſt conſecra-

tio-

tionē ſignificat extenſionem brachiorū Chriſti in cruce.

Vnio manuum, ſignificat mentem in oratione debere vniri: & eleuatio ſignat debere ad Deum leuari.

Manus iungere, & ſe inclinare ſignificat humilitatem, & obedientiam Chriſti.

Lumina ſignant Diuinitatem Chriſti.

Clericus eſt neceſſarius, & ſine vno ſaltem præſente non poteſt celebrari Miſſa: in ſolemni autem ſaltem duo aſtantes requiruntur, & Clericus ſignificat Populum fidelem.

86 Miſſa poteſt celebrari quotidie, & non ſufficit celebrari ſingulis annis in die Veneris Sancti: & ratio eſt, ex paſſione Chriſti, quæ poteſt conſiderari duobus modis; vno modo ſecundum hoc quod in Chriſto capite fuit perfecta; & hoc in die Veneris Sancti perficitur. Alio modo ſecundum quod ab ipſa paſſione fructus in Eccleſiam deriuatur, & ſic quotidie debet celebrari, quia quotidie Eccleſia tali fructu eget.

Miſſa quantum ad horam debet celebrari ab Aurora vſque ad meridiem.

87 In die Natalis Domini celebrantur tres Miſſæ, ob triplicem Natiuitatem Chriſti; Prima eſt à patre eterna; Secunda eſt temporalis per gratiam in animam iuſti: Tertia eſt temporalis, & corporalis ex virgine. Omnia ferè ſumpta ſunt ex S. Thoma in 4. & in 3. par.

88 Interrogatio. Quare ſuper Euchariſtiam benedictam, & pleniſſimè conſecratam, adhuc benedictionis inſignia imprimuntur? ad hoc Reſpondet Alexand. Alenſ. 4. p. q. 37. quod quantum ad ordinem Euchariſtiæ cōſecrādæ, capitulum illud, Qui pridie, in quo fit conſecratio in fine canonis ſubiici debuiſſet; quoniam in eo conſecratio cōſumatur, ſed ordo iſte impediuiſſet ordinem hiſtoriæ recolendæ; quia quod geſtum fuit in medio, recoleretur in fine. Prouidus igitur Canonis ordinator, vt ordinem ſeruaret hiſtoriæ, quaſi quadam neceſſitate compulſus, capitulum illud, Qui pridie quam pateretur, quaſi cor Canonis in medio collocauit, vt quæ ſequūtur, intelligantur præcedere, ſecundum illam figuram, quæ ſæpe fit, vt

quæ narratione ſuccedunt:intellectu præcedunt:vel potius, vt tam literæ, quam hiſtoriæ ſuus ordo ſeruetur. Hæc ille.

89 Nota etiam, quod omnes miſſæ ſunt æque bonæ, quãtũ ad opus operatum;vna tamen eſt melior altera,quantum ad opus operans:vnde melius eſt,audire Miſſam boni Sacerdotis,quàm mali:ſicut in Menſa corporali,euudẽ cibum iucundius accipimus à mundo miniſtro, quàm ab immundo. Ex Compend Theolog.

90 Recordare etiam, quod periculoſum eſt, ſi celebrans Miſſam, cæcutit, vel tremulas manus, aut morbum habet, & aut delirus, aut idiota eſt: vnde talibus iniungendum,quod abſtineant à Miſſa. Præterea quando aliquis bis eſt celebraturus Miſſam,non debet ſumere ablutionẽ in Miſſa priori; quia ad Miſſam ſecundam accederet non ieiunus. Compendium, vt ſupra.

91 Qui obligatus ad Miſſam pro aliquo non applicat totam Miſſam pro eo,quam tenetur applicare,peccat mortaliter; licet valorem ſibi debitum poſſit applicare cui voluerit. Illud certum eſt,Sacerdotem, ſi vni debeat vnã Miſſam,& alteri alteram, non ſatisfacere, ſi vnam dicet pro vtroque. Ex Bellar. libr. 2. de Miſſa. cap. 4. cum communi,vbi probat tanti Sacrificij valorẽ nobis finitũ eſſe.

92 Recordare quoq; quod conſumata Miſſa,Sacerdos benedicit Populum, vt qui Miſſarum ſolemnijs interfuit, licentiat vſque eſt redire ad propria, non ſine ſpirituali munere abſcedat, ac recedens ab infeſtationibus malis præſeruetur; dicens Benedicat vos, &c. Quæ tamen Benedictio hodie non datur in Miſſis Defunctorum; & ratio poteſt eſſe,quia benedictio,ſecundum præfata verba ſolum datur ſuper viuos; at ſupra defunctos ſufficienter fuit data ſuo modo per alia verba, nempe, Requieſcant in pace: ideo amplius non debet dari: Et quia etiam ibi debent abeſſe, ea quæ pertinent ad ſolemnitatem,& benedictio eſt de ſolemnioribus, quæ fiunt, & dicuntur in Miſſa: hac igitur de cauſſa non datur.

Poſtremo ſequitur expoſitio, ſiue declaratio aliquorum vocabulorum Miſſæ pro idiotis, & ſimplicibus Clericis.

93 Epiſtola dicitur, quaſi ſupra facta miſſio. Euangeliū, dicitur bona deſurſum nunciatio: ſequentia verba, quæ legi debent ſunt ſecundum, N. Canon Grecè, Latinè ſignificat Regulam. Miſſa dicitur actio, quia in ipſa Sanctiſſimum Chriſti myſterium peragitur. T. Litera, in frōte Canonis, ſignat Crucem Chriſti. Verba, Te igitur, cōnectunt Canonem, cum præcedēti præfatione, vt ſit ſenſus; ò pater clementiſſimè, quia pleni ſunt Cœli, & Terra gloria tua, igitur, &c. Supplices, ideſt Humiles, Dona, dātis: Munera recipientis: Sacrificia acceptantis. In primis, ideſt ante oīa. Illibata, ideſt immaculata. Catholica ideſt vniuerſalis. Adunare, ideſt in vnum congregare. Antiſtite, ideſt Epiſcopo diœceſano. Orthodoxis, ideſt fidelibus rectæ gloriantibus. Cultoribus, ideſt Sectatoribus. Communicantes ideſt participantes cum Sanctis, in Sacramento Altaris. Et memoriā venerantes, &c. vt quotquot ideſt omnes qui. Sumpſerimus, ideſt ſumpturi ſumus. Myſterium, ideſt ſecretum, ſiue arcanum, vel Sacramentum. Kyrie eleiſon, ideſt, Domine miſerere: Chriſte eleyſon, ideſt Chriſte, miſerere. Amen ideſt verè, & fideliter, aut fiat. Alleluia, ideſt laudate Deum. Oſanna, ideſt ſalua obſecro. Sabaoth ideſt exercituum, vel virtutum. Dominus vobiſcum, ideſt ſit, ad exaudiēdas petitiones veſtras. Sed quia non ſolus populus, ſed etiam Sacerdos ſimul orat cū populo, ideò populus ipſe appetens Sacerdotis mentem, eſſe talem, vt exaudiri mereatur, reſalutat eū dicēs. Et cū Spiritu tuo, ſupple ſit Dominus ad exaudiendum.

De ſuffragijs Eccleſiæ, Particula VI.

94 Suffragium, eſt auxilium depræcationis pro animabus factum.

Suffra-

Suffragia incœperunt fieri pro mortuis ab Apoſtolis, ideo credendum eſt ſuffragia viuorum defunctis poſſe prodeſſe: & qui pertinaciter non crederet eſſet hæreticus. Armilla, verbo, ſuffragium.

95 Quibus animæ ſuffragijs fidelium ſunt ſubleuandæ? Reſpondeo quod per Sacrificium Corporis Chriſti; per orationes fidelium, & per eleemoſinas datas indigentibus: vnde S. Auguſtinus: Negandum non eſt, animas Defunctorum pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis Sacrificium mediatoris offertur, vel elemoſinæ fiunt in Eccleſia; ſed eis tantum proſunt, qui cum viuerent hæc ſibi, vt poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. Hæc ille. & D. Gregorius dicit; Animæ defunctorum quatuor mòdis ſoluuntur ſcilicet, oblationibns Sacerdotum, aut precibus Sanctorum, aut eleemoſinis charorum, aut Ieiunijs cognatorum. Auguſtinus verò poſuit tantum tres modos prætermittens vltimum ſcilicet Ieiunium, tanquam minus efficax.

96 Nota quod S. Auguſtinus dicit, quod ſuffragia nō proſunt valde bonis, nec valde malis, ſed mediocriter bonis, & mediocriter malis; q꞉ ſic exponitur à S. Thom. in 4. diſ. 45. circa litteram; ſcilicet mediocriter bonis, & mediocriter malis accipiuntur pro eodem; & dicuntur mediocriter boni inquantum deficiunt à perfectione bonitatis; mediocriter mali inquantum deficiunt à perfecta malitia; quæ eſt peccatum mortale.

97 Si autem quæritur, Quando incipiat valere defuncto id, quod pro ſe fieri mandauit? dicendū quod opus operans, ideſt meritum auctoris ſtatim conſequitur mortuū, de bonis, quæ præcepit pro anima ſua fieri: ſed non opus operatum, ideſt fructus ipſius operis vſq; quo fiant: quia primum valet ex merito abſoluto, ſed ſecundum ex merito conditionali. Compend. Theolog.

98 Dicere Miſſam de mortuis, vel de aliquo Sancto pro ipſis, non multum refert: Sed benè deuotio rogantis, & offerentis: ideò conſulerem eis, qui volunt facere dici Miſſas, vt dicerent Sacerdoti: Pater dicatis illam, ad quā maiorem habetis deuotionem: vel talem ad quam ego

habeo

habeo deuotionem ; & valet quò ad liberationem à pœna ei tanutm pro quo fit. Paludanus.

99 Suffragia à peccatore facta, proſunt mortuis, quantū ad ipſum opus operatum, ideſt quantum ad efficaciam, quam habent ex ſe, & quātum operans operatur in perſona Eccleſiæ velut alterius inſtrumentum: & inter ſuffragia pro mortuis magis proficit Miſſa. S. Thom. in 4.

100 Suffragia facta pro defunctis, non tantum proſunt illis, ſed etiam facientibus, inquantum procedunt ex radice Charitatis, qua faciens ſuffragium meretur vitam æternam ſibi. Armilla.

101 Triplex eſt differentia ſuffragiorum, & Indulgentiæ: Prima, quia ſuffragia ſpecialiter applicantur alicui per charitatem, at Indulgentiæ per poteſtatem Iuriſdictionis. Secunda differentia eſt, quia ſuffrágia fiunt de bono proprio, & Indulgentiæ dantur de bono alieno, ſcilicet ex meritis ſatisfactorijs Chriſti, & Sāctorum. Tertia eſt, quod indulgentiæ non dantur ſine auctoritate, & ſuffragia ſic: ſecundum illud Diui Iacobi, Orate pro inuicem, &c. Tamen, & ſuffragia, & Indulgentiæ in hoc conueniūt, quod nō valent ad ſtatus mutationem, ſed tantū ad pœnæ alleuiationem.

Notula breuis de Sepulturis.

102 Sepultura ad inuenta eſt, & propter viuos, & propter mortuos: Propter viuos quidem, ne eorum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur, & corpora fætoribus inficiantur; & hoc quantum ad corpus: ſed ſpiritualiter etiam prodeſt viuis in quantum per hoc aſtruitūr eorum fides; ſed mortuis proſunt quò ad hoc, quod inſpicientes ſepulchra memoriam retinent defunctorum, & pro mortuis orant: vnde, & monumentum à memoria nomen accepit: dicitur autem monumentū, quaſi mouēs mentem. Oleum, cera, incenſus, luminaria, aqua benedicta, & quæcunq; ſimilia, ſunt quædam internæ præcationes pro illis defunctis ad honorem quoq; Dei exhibitæ: vnde dicitur, oleum, & ceram holocauſtum eſſe.

803 Ius ſepulturæ, ſiuè ſepeliendi conuenit Eccleſijs Parochialibus,& etiã alijs Eccleſijs, vel Conuentibus, quibus Iure Canonico, vel ex priuilegio conceſſum eſt, vt in Eccleſijs, & cœmeterijs Prædicatorum, & Minorum vt habetur in Clementina, Dudum. de ſepultur. Nec requiritur quod Eccleſia ſit Conſecrata, ſed ſufficit quod ſit pro ſepultura deputata ab Epiſcopo, vel à Papa; vt habent præfati fratres, vt eſt videre in dicta Clementina.Sylueſt.verb.Sepult.

104 Sepulturam ſibi eligere poteſt quiſq; pubes; quod ſi non elegit, ſepeliendus eſt Clericus in ſua Eccleſia; Peregrinus in Parochiali, vel Cathedrali; vxor cum viro; Spurius cum matre, non illuſtri;naturalis cum patre,nõ in dignitate conſtituto;& Religioſi non eligunt ſepulturam, niſi ſint abſentes à ſuo Conuentu:tamen pater eligit ſepulturã filio impuberi,& eo abſente mater.Molina.

105 Sepultura priuati ſunt Iure, (niſi in morte dent ſigna cõtritionis)excommunicati;vſurarij manifeſti,niſi dent cautionem;morientes in peccato notorio, aut in duello:Interdicti Eccleſiæ ingreſſu; fautores hæreticorum, aut infidelium,nominatim interdicti; Religioſi proprietarij,& alij,qui notantur in ſummis.

Quarta debitam Parocho ſoluunt Religioſi, ſolum de oblatis die ſepulturæ.

De Sacramento Pœnitentiæ cum ſuis partibus vide ſupra, Cap.1.2.3.&c.

De Sacramento Extremæ Vnctionis. Particula. VII.

106 Extrema Vnctio ſic deſcribitur à Concilio, & Cathechiſmo,mixtim; eſt Sacramentũ à Chriſto Domino inſtitutum,vt Sacra Vnctione, & Oratione Sacerdotis ſalus efficiatur,tum animæ,tum corporis: eorum, qui in periculo vitæ ægrotant.

107 Vel ſecundum.S.Bon.eſt, Vnctio hominis infirmi à Sacerdote in remiſſionem venialium peccatorum.

108 Item

108 Item ſecundũ Scotum.eſt Vnctio hominis infirmi pœnitẽtis,facta in determinatis partibus corporis, cũ Oleo Conſecrato ab Epiſcopo miniſtrato à Sacerdote, ſimul verba certa proferente,cum intentione debita, ex inſtitutione diuina ſignificans efficaciter curationẽ venialiũ.

109 Item ſecundum Nauar.eſt Sacramentum,quo præsbyter vngit certas corporis partes infirmis probabiliter periculantibus,Oleo Conſecrato, certa verba, cum debita intentione proferendo.

110 Materia Vnctionis extremæ eſt duplex, ſcilicet, propinqua,& remota.Propinquaeſt Vnctio,remota eſt Oleũ infirmorum conſecratum ab Epiſcopo.Gabriel.in 4.Nota quod poteſt adhiberi Oleum non eodem anno benedictum,ſi deſit benedictum eiuſdem anni.Sà.

111 Forma huius Sacramenti eſt Oratio deprecatiua, vt dicendo,per iſtam Sanctam Vnctionem,& ſuam pijſſimã miſericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per illicitumt actum, guſtum, viſum, auditum, & odoratum.Amen.

Miniſter huius Sacramenti eſt ſolus Sacerdos,etiam in neceſſitate.

112 Effectus principalis huius Sacramenti eſt Sanatio ſpiritualis animæ à peccatis venialibus. Effectus ſecundarius eſt ſanatio corporis,ſi eſt expediens animæ infirmi.

113 Sacramentum hoc non datur niſi adultis, & infirmis in articulo mortis conſtitutis ex infirmitate.Ideò nõ datur occidendis, vel euntibus ad bellum. Licet detur decrepitis,qui præ ſenectute deficiunt ſine actuali infirmitate;& etiam freneticis, & amentibus, ſi petierint, aliàs non;& maximè quando crederetur,quod irreuerentiam exhiberent huic Sacramento,etiam quod petierint, vel petant. Debet etiam dari illis, qui ex infirmitate amiſerunt iam vſum rationis, quamuis actualiter non petierint,dummodo ſint tales perſonæ,de quibus cõſtat,quod benè vixerint, & quod ſi haberent tunc vſum rationis, peterent.

114 Debet etiam dari illis, de quibus dubitatur, an ſint mortui,tamen ſub conditione,ſi ſunt viui: ſed ſi morian-

tur ante completionem Vnctionis, non eſt vlterius procedendum.

105 Poteſt etiam iterum dari in eadem infirmitate, ſi infirmus ſit in periculo mortis, & poſtmodum releuetur, & poſt aliquot dies iterum ſit in articulo mortis, iterum poteſt vngi; maximè quando infirmitas eſt diuturna, vt: paralyſis, & febris hetica. ex additionibus ad Sauonarolam.

Sacramentum iſtud fuit inſtitutum à Chriſto, ſicut, & cœtera: ab Apoſtolis autem, præſertim à Iacobo fuit promulgatum. Sed quando fuit inſtitutum. vide ſupra de Sacramentis in communi.

116 Vnctio præfata Sacramenti de neceſſitate, debet fieri, in quinque ſenſibus; quia ſunt radices peccandi; videlicet, oculis, auribus, naribus, labijs, & manibus, & quibuſdam etiam (de bene eſſe) in pedibus, & renibus: tamen communiter ſeruandus eſt, ritus libri Sacramentalium. Sotus. 4. diſt. 23.

117 Interrogatio, Quomodo agendum eſt cum infirmo, qui proximus ſit morti? Reſp. Danda eſt illi extrema Vnctio, Commendatio animæ, exhortandus eſt, vt in fide perſeueret; Paſſio Chriſti in memoriam reducenda, ne deſperet pro peccatis commiſſis; ſuadeatur propoſitum melioris vitæ; Proteſtationes faciat ſe tenere fidem Catholicam.

118 In extrema Vnctione eſt aliquid; quod eſt Sacramentum tantum, vt exterior Vnctio: aliud quod eſt tantum res, vt venialis morbi curatio: Aliud quod eſt res, & Sacramentum, vt ipſa excitatio deuotionis in anima, quæ non eſt aliud niſi quædam Spiritualis Vnctio. S. Bonau. in centiloquio.

Sequuntur interrogationes Beati Anſelmi faciendæ infirmo morienti.

119 Primò, interrogari debet; Si credit omnia, quæ ſunt fidei Chriſtianæ. Secundò, ſi gaudeat ſe mori in fide Chriſtiana. Tertiò, ſi recognoſcat ſe Deum multum offendiſ-

ſe.

ſe. Quartò, ſi dolet de omni Dei offenſa. Quintò, ſi proponit de cœtero ab omni offenſa peccati mortalis abſtinere. Sextò, ſi credit ſe meritis Paſſionis Chriſti, & non proprijs, ad gloriam peruenire. Vltimò, debet ſibi dici, ſi occurrerit tibi inimicus Diabolus, ſemper ei opponas merita Paſſionis Chriſti.

De Sacramento Ordinis. Particula VIII.

119 Ordo, ſecundum Magiſtrum ſententiarum, eſt ſignaculũ quoddã, in quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato.

Item, ſecundum Scotum, ordo, ſiue ordinatio eſt inſtitutio alicuius in gradu præeminenti, in Eccleſia, cui cõuenit aliquod miniſterium circa Sacramentum, & præcipuè circa Euchariſtiam, facta à Miniſtro idoneo, verba ſimul cum intentione debita proferente, miniſterium gradus illius aliquo ſigno viſibili repræſentans, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans gratiam præeminentem, qua ordinatus aliquod miniſterium dignè exequatur.

120 Item, ſecundum Sotum, ordo eſt Sacramentum, quo poteſtas ſpiritualis ſignificatur, & traditur in ordine ad Sacroſanctum Corpus Chriſti cõſecrandum. Nota quod Magiſter ſupra dixit ſignaculum, non pro Charactere Ordinis, ſed pro Sacramento, quo character imprimitur: quo circa Ordo idem eſt in præſentiarum, quod ordinatio.

Item ſecundum Nauarrum, Ordo eſt Sacramentũ, quo traditur character, & poteſtas conſecrandi Euchariſtiã, vel circa illam miniſtrandi.

121 Materia Sacramenti Ordinis in generali eſt illud inſtrumentum, per quod traditur ſpiritualis poteſtas ordinato.

Forma huius Sacramenti eſt in generali, Accipe poteſtatem faciendi hoc, vel illud in Eccleſia Dei.

122 Effectus huius Sacramenti eſt Augmentum gratiæ ad dignè adminiſtrandum Ordinem ſuſceptũ, & charact-

Miniſter huius Sacramenti eſt Epiſcopus ſaltem quantum ad maiores Ordines.

Quando imprimitur character? Reſp. quãdo tangitur inſtrumentum porrectum ab Epiſcopo proferẽte verba.

123 Ordines nõ ſunt ſuſcipiendi quæſtus cauſſa, aut lucri, non honorum cupiditate, & ambitione, non beneficiorũ cauſſa, ſed vt alicui certo Eccleſiæ miniſterio addicti in ſanctitate, & iuſtitia Deo ſeruiant.

124 Duplex poteſtas confertur per Sacramẽtum Ordinis: Prima ſuper Corpus Chriſti verum, ideſt, non ſolũ conſecrandi Euchariſtiam, verum etiam ad eum accipiendũ hominum animos præparandi, & complectendi cœtera omnia, quæ ad Euchariſtiam quouiſmodo referri poſſunt: Altera poteſtas eſt ſuper Corpus myſticũ, ideſt Gubernandi populum Chriſtianum, ad æternã, cœleſtemq; beatitudinem dirigendo, ligando, & ſoluendo à peccatis: vnde prima dicitur poteſtas Ordinis, altera verò Iuriſdictionis.

125 Laycus, qui proponit ſuſcipere hoc Sacramentum, nõ debet immediatè tranſire de ſtatu Laycali ad miniſterium Eccleſiaſticum; ſed prius conferenda eſt illi prima tonſura.

Prima tonſura ſic deſcribitur; eſt præparatio, ſiue diſpoſitio ad Ordines ſuſcipiendos, & non eſt Ordo.

126 Illi qui primam tonſuram ſuſceperunt Clerici vocantur; quia in ſortem, & hæreditatem domini ſunt vocati: vel quia Dominus ſors, & hæreditas illorum eſſe debet. Cleros enim, à quo deriuatur Clericus, ſortem ſeu hæreditatem ſignificat.

127 Multiplex, eſt differentia inter Clericos, & Laicos, & prima eſt: Clericus ſolũ cultui diuino ſe totum addicit, non implicans ſe negotijs ſæcularibus, quorum adminiſtratio ad Laicos pertinet. Secunda, quõ ad forum; Clerici enim Eccleſiaſtico, Laici verò ſeculari Iudicio ſubditi ſunt. Tertia, maioribus priuilegijs decoratur ſtatus Clericorum, quàm Laicorum, præſertim immunitatibus.

Officium Clerici eſt intereſſe choro, vbi nõ habet ſpeciale officium, ſed commune pſalendi cum cœteris.

Ton-

128 Tonſura, quæ fit Clericis in parte ſuperiori, ſignificat mentem Clericorum debere eſſe liberam ad contemplationem diuinorũ. Quæ fit ſuper aures ſignificat, vt præcidant vitia cordis, & operis, ne impediantur ab audiẽdo, & intelligendo verbum Dei. Quæ verò fit in poſteriori parte, ſignificat ſenſus Clericorum non debere eſſe implicatos in rebus terrenis, quæ per capillos deſignantur.

129 Corona ſignificat Regiam dignitatem, quam habent, quia ſe, & alios per virtutes gubernare debent: & figura Coronæ circundans ſignificat perfectionem, ad quam tendere debent, qui ſe Deo dedicarunt.

130 Super pelliceo etiam induuntur Clerici; quia denotat puritatem, & innocentiam, cui incumbere debent deputati cultui diuino.

131 Qui prinimam tonſuram ſuſcipere vult, debet ex Cõcilio Tridentino, ſcire legere, & ſcribere, & rudimenta fidei, quæ quilibet Chriſtianus ſcire tenetur.

132 Quilibet Chriſtianus ſcire tenetur ſignum Crucis, Orationem Dominicam, articulos fidei, ſeptem Sacramẽta, ſeptem opera miſericordiæ corporalia, & ſpiritualia, & præcepta Eccleſiæ.

133 Prima tonſura non eſt conferenda ijs, qui Sacramentum confirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & ſcribere neſciant, & de quibus probabilis coniectura non ſit eos non ſæcularis Iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe. Et requiritur in ſuſcipiente ætas ſeptem annorum completorum.

134 Nota quod multi (vt irregulares) repelluntur à ſuſceptione Ordinum nempe, Illiterati, illegitimi, ſpurij, infames, corpore notabiliter vitiati, bigami, ideſt, qui duas habuerunt vxores, vel qui cognouit corruptam ab alio, Hæretici, apoſtatæ, ſerui, pueri furioſi, amentes, excommunicati, celebrantes in loco interdicto, celebrantes cũ ſint ſuſpenſi, exercentes actum Ordinis, quem non habent; Promoti per ſaltum, ideſt ſuſcipientes Ordinem ſuperiorem ante inferiorem; Ordinati ab Epiſcopo notoriè denunciato, excommunicato, ſchyſmatico, hæreti-

co, depoſito, ſuſpenſo, interdicto, degradato, vel qui renunciauit loco, & dignitati; Ordinati ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprij, ſunt ſuſpenſi, quamdiù Epiſcopo proprio videbitur; ſuſcipientes eadem die quatuor minores cum vno ex maioribus, vel duos maiores ſimul; iterantes ſcienter Sacramenta imprimentia characterē; Infideles, procurantes abortū, vel ad id adiuuantes, dummodo fœtus ſit animatus; ſuffocantes infantem in lecto, Homicidæ, mutilantes ſibi, vel alteri membrum, ſiue hoc fiat ex ira, vindicta, iuſtitia, ſiue caſu, vel dum datur operaꝛ ei illicitæ; cooperantes homicidio, mutilationi, vel accelerationi mortis.

135 Nota quod Irregularitas tollitur tribus modis; Primo, per baptiſmum, qui tollit omnem irregularitatem, excepta bigamia, & illegitimatione. Secundo, per profeſſionem, quæ tollit omnes, quæ non ſunt ex propria culpa, & alijs præbet maiorem facilitatem ad diſpenſandum. Tertio, per diſpenſationem Papæ, qui omnes tollere poteſt; vel per diſpenſationem Epiſcopi, qui in aliquibus poteſt diſpenſare: Et ex Concilio Tridentino, Epiſcopi diſpenſare poſſunt in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus; excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario; & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum; & in quibuſdam caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis delinquentes quoſcunq; ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputatum, in foro conſcientiæ, gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem, & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantum, non eorum Vicarijs permiſſum eſt. Hoc tamen non probatur à Nauarro in Manual. c. 27. nu. 26. & 275. Vbi dicit quod iſta auctoritas eſt ſublata Epiſcopis per multas bullas in Cœna Domini: Sed Chape à Ville de caſibus reſeruatis, caſu primo tenet vt dixi ſupra. Alia multa de irregularitate, vide ſupra. de Cenſuris. cap. 9.

136 Ordines quantum ad numerum, vt citant. D. Bonauent. & D. Thom. ſunt, Præsbyteratus, Diaconatus, & Sub-

Subdiaconatus, qui dicuntur ordines Sacri, & ſunt Sacramenta; reliqui verò quatuor ſunt Sacramentalia. At opinio Nauarri eſt eſſe octo Ordines, nempe quatuor maiores, & quatuor minores: Maiores, vt Subdiaconatus Diaconatus, Præsbyteratus, & Epiſcopatus, qui ſunt Sacramenta. Minores verò eſſe, Oſtiarium, Lectorem, Exorciſtam, & Acolitum, qui non ſunt Sacramenta, ſed Sacramentalia. Vnde præfatus Nauarr. ſperabat diffinitionem ſuper hoc à Concilio Tridentino, quando de hoc ſcribebat: ſed Tertia opinio eſt communis. S. Bonauenturæ, S. Thomæ, Richardi, & aliorum qui dicunt, quod ſunt ſeptem; quatuor minores ſcilicet, Oſtiarius, Lector, Exorciſta, & Accolitus; & tres maiores ſcilicet Subdiaconus, Diaconus, & Præsbyter. Ordinatio autem Epiſcopi, eſt idem Ordo, & Sacramentum cum Sacerdotio, diſtatque ſolum tamquam magis perfectum à minus perfecto, & nouum characterem non imprimit, ſed Sacerdotalem præexiſtentem ampliat. Et Epiſcopus habet poteſtatem conficiendi omnia Sacramenta, qua ſimplex Sacerdos caret, vide etiam ſupra de Clauibus. cap. 8. num. 9.

137 Multiplex eſt differentia inter maiores, & minores Ordines. Prima, maiores habent annexum votum Caſtitatis, & impediunt Matrimonium contrahendum; & dirimunt contractum: minores autem non. Secunda, maioribus initiati poſſunt tangere Sacra vaſa; non autem minoribus initiati. Tertia, minores poſſunt ſuſcipi quolibet feſto die, & omnes quatuor eadem die; maiores verò, niſi adſit diſpenſatio Papæ, non poſſunt ſuſcipi, niſi ſex temporibus à iure ſtatutis, ſcilicet, quatuor temporibus anni, & ſabbato Quadrageſimæ, quod dicitur, Sitientes, & ſabbato Sancto.

138 In Sacramento Ordinis eſt aliquid quod eſt Sacramentum tantum vt exterior operatio in traditione alicuius inſtrumenti, & expreſſione verbi. Aliud quod eſt tantum res, vt ſpiritualis poteſtatis collatio. Aliud quod eſt res, & Sacramentum, vt interior characteris impreſſio. S. Bonauent. in centiloquio.

Sex

139 Sex ſunt de ſubſtantia Sacramentis Ordinis. Primum eſt poteſtas Ordinantis; quia debet eſſe Epiſcopus. Secuudum eſt materia, ſcilicet Vnctio in Sacerdotibus, & tactus illorum, quæ tangenda ſunt. Tertiũ eſt forma verborum. Quartum eſt ſexus virilis; quia mulier non recipit characterem Ordinis. Quintum eſt intentio debita, & vt Epiſcopus intendat conferre, & Clericus ſuſcipere. Sextum eſt quod Ordinandus ſit baptizatus, quia baptiſmus eſt Ianua omnium Sacramentorum. Scrutinium Sacerd.

140 Ordo eſt vnum Sacramentum, & non ſeptem vnitate integra ex pluribus partibus ordinatis ad vnum; quia alij ſex Ordines ordinantur ad ordinem præsbyteratus. Richar. diſt. 24.

De Oſtiarijs.

141 Oſtiariatus eſt poteſtas, per quã Ordinatus poteſt recipere dignos, & excludere indignos circa Euchariſtiã.

Quare hoc officium comittitur habentibus Ordinem, cum per ſimplices Laicos etiam ſæpè exerceatur? ratio eſt; quia Oſtiarij hoc ex officio proprio agunt; Laici verò, & ſi ſepè exerceant ea, quæ pertinent ad minores Ordines, non tamen hoc agunt ex officio.

142 Oſtiariatus datur per traditionẽ Clauium (ſunt enim claues materia, & inſtrumentum huius Ordinis) ab Epiſcopo hanc formam verborum proferente: Sic agite tanquam rationem Deo reddituri pro rebus, quæ Clauibus iſtis recluduntur. Et tunc in Ordinato imprimitur character.

143 In ſuſcipiendo quatuor minores requiritur, ex Concilio Tridentino, vt ſaltem linguam latinam intelligant: & præter hanc ſcientiam, habere debent teſtimonium ſuæ bonitatis à Parocho, & magiſtro Scholæ, & ad tres primos minores ſaltem debent compleuiſſe. 7. annos; ad Acolitatum verò duodecim.

De Lectoribus.

144 Lectoratus eſt poteſtas, per quam ordinatus poteſt legere

gere lectiones,& prophetias.

Iſte ordo confertur his cærimonijs, videlicet per traditionem libri prophetiarum (eſt enim inſtrumentum,& materia huius Ordinis liber prophetiarum) ab Epiſcopo proferente hanc formam verborum: Accipe, & eſto verbi Dei relator, habiturus, ſi fideliter impleueris officium, partem cum his, qui verbum Dei benè miniſtrauerunt. Et tunc imprimitur character.

De exorciſta.

145 Exorciſtatus eſt poteſtas, per quam ordinatus poteſt expellere Diabolum, ne impediat aliquem à ſumptione Euchariſtiæ.

Ordo iſte confertur his cærimonijs, ſcilicet per traditionem libri exorciſmorum (eſt enim inſtrumentum, & materia huius ordinis liber exorciſmorum) ab Epiſcopo, proferente hanc formam verborum: Accipite, & habete poteſtatem ponendi manus ſuper energumenos, ſiue baptizatos, ſiue Cathechumenos. & tunc imprimitur characher.

De Acolitis.

146 Acolitatus eſt poteſtas, per quã ordinatus poteſt portare vrceolos cum vino,& acqua.

Iſte ordo confertur his cærimonijs, nempe per traditionem Candelabri cum candela, & vrceoli, ab Epiſcopo, ſiue eius iuſſu ab Archydiacono, & character imprimitur, in traditione vrceoli, proferente Epiſcopo. Accipe vrceolum ad offerendum vinum, & acquam pro Euchariſtia.

De Subdiaconis.

147 Subdiaconatus eſt poteſtas, per quam ordinatus poteſt

quæ narratione ſuccedunt:intellectu præcedunt:vel potius, vt tam literæ, quam hiſtoriæ ſuus ordo ſeruetur. Hæc ille.

89 Nota etiam, quod omnes miſſæ ſunt æque bonæ, quãtũ ad opus operatum; vna tamen eſt melior altera, quantum ad opus operans: vnde melius eſt, audire Miſſam boni Sacerdotis, quàm mali: ſicut in Menſa corporali, euudẽ cibum iucundius accipimus à mundo miniſtro, quàm ab immundo. Ex Compend Theolog.

90 Recordare etiam, quod periculoſum eſt, ſi celebrans Miſſam, cæcutit, vel tremulas manus, aut morbum habet, & aut delirus, aut idiota eſt: vnde talibus iniungendum, quod abſtineant à Miſſa. Præterea quando aliquis bis eſt celebraturus Miſſam, non debet ſumere ablutionẽ in Miſſa priori; quia ad Miſſam ſecundam accederet non ieiunus. Compendium, vt ſupra.

91 Qui obligatus ad Miſſam pro aliquo non applicat totam Miſſam pro eo, quam tenetur applicare, peccat mortaliter; licet valorem ſibi debitum poſſit applicare cui voluerit. Illud certum eſt, Sacerdotem, ſi vni debeat vnã Miſſam, & alteri alteram, non ſatisfacere, ſi vnam dicet pro vtroque. Ex Bellar. libr. 2. de Miſſa. cap. 4. cum communi, vbi probat tanti Sacrificij valorẽ nobis finitũ eſſe.

92 Recordare quoq; quod conſumata Miſſa, Sacerdos benedicit Populum, vt qui Miſſarum ſolemnijs interfuit, licentiat vſque eſt redire ad propria, non ſine ſpirituali munere abſcedat, ac recedens ab infeſtationibus malis præſeruetur; dicens Benedicat vos, &c. Quæ tamen Benedictio hodie non datur in Miſſis Defunctorum; & ratio poteſt eſſe, quia benedictio, ſecundum præfata verba ſolum datur ſuper viuos; at ſupra defunctos ſufficienter fuit data ſuo modo per alia verba, nempe, Requieſcant in pace: ideo amplius non debet dari: Et quia etiam ibi debent abeſſe, ea quæ pertinent ad ſolemnitatem, & benedictio eſt de ſolemnioribus, quæ fiunt, & dicuntur in Miſſa: hac igitur de cauſſa non datur.

Poſtremo ſequitur expoſitio, ſiue declaratio aliquorum vocabulorum Miſſæ pro idiotis, & ſimplicibus Clericis .

93 Epiſtola dicitur, quaſi ſupra facta miſſio . Euangeliũ, dicitur bona deſurſum nunciatio : ſequentia verba, quæ legi debent ſunt ſecundum, N. Canon Grecè, Latinè ſignificat Regulam . Miſſa dicitur actio, quia in ipſa Sanctiſſimum Chriſti myſterium peragitur. T. Litera, in frõte Canonis, ſignat Crucem Chriſti;. Verba, Te igitur, cõnectunt Canonem, cum præcedẽti præfatione, vt ſit ſenſus; ò pater clementiſſimè, quia pleni ſunt Cœli, & Terra gloria tua, igitur, &c. Supplices, ideſt Humiles, Dona, dãtis: Munera recipientis: Sacrificia acceptantis. In primis, ideſt ante oĩa. Illibata, ideſt immaculata. Catholica ideſt vniuerſalis. Adunare, ideſt in vnum congregare. Antiſtite, ideſt Epiſcopo diœceſano. Orthodoxis, ideſt fidelibus rectæ gloriantibus. Cultoribus, ideſt Sectatoribus. Communicantes ideſt participantes cum Sanctis, in Sacramento Altaris. Et memoriã venerantes, &c. vt quotquot ideſt omnes qui. Sumpſerimus, ideſt ſumpturi ſumus. Myſterium, ideſt ſecretum, ſiue arcanum, vel Sacramentum. Kyrie eleiſon, ideſt, Domine miſerere : Chriſte eleyſon, ideſt Chriſte, miſerere. Amen ideſt verè, & fideliter, aut fiat. Alleluia, ideſt laudate Deum. Oſanna, ideſt ſalua obſecro. Sabaoth ideſt exercituum, vel virtutum. Dominus vobiſcum, ideſt ſit, ad exaudiẽdas petitiones veſtras. Sed quia non ſolus populus, ſed etiam Sacerdos ſimul orat cũ populo, ideò populus ipſe appetens Sacerdotis mentem, eſſe talem, vt exaudiri mereatur, reſalutat eũ dicẽs. Et cũ Spiritu tuo, ſupple ſit Dominus ad exaudiendum.

De ſuffragijs Eccleſiæ, Particula VI.

94 Suffragium, eſt auxilium depræcationis pro animabus factum.

Suffra-

Suffragia incœperunt fieri pro mortuis ab Apoſtolis, ideo credendum eſt ſuffragia viuorum defunctis poſſe prodeſſe: & qui pertinaciter non crederet eſſet hæreticus. Armilla, verbo, ſuffragium.

95 Quibus animæ ſuffragijs fidelium ſunt ſubleuandæ? Reſpondeo quod per Sacrificium Corporis Chriſti; per orationes fidelium, & per eleemoſinas datas indigentibus: vnde S. Auguſtinus: Negandum non eſt, animas Defunctorum pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis Sacrificium mediatoris offertur, vel elemoſinæ fiunt in Eccleſia; ſed eis tantum proſunt, qui cum viuerent hæc ſibi, vt poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. Hæc ille. & D. Gregorius dicit; Animæ defunctorum quatuor modis ſoluuntur ſcilicet, oblationibns Sacerdotum, aut precibus Sanctorum, aut eleemoſinis charorum, aut Ieiunijs cognatorum. Auguſtinus verò poſuit tantum tres modos prætermittens vltimum ſcilicet Ieiunium, tanquam minus efficax.

96 Nota quod S. Auguſtinus dicit, quod ſuffragia nō proſunt valde bonis, nec valde malis, ſed mediocriter bonis, & mediocriter malis; qđ ſic exponitur à S. Thom. in 4. diſ. 45. circa litteram; ſcilicet mediocriter bonis, & mediocriter malis accipiuntur pro eodem; & dicuntur mediocriter boni inquantum deficiunt à perfectione bonitatis; mediocriter mali inquantum deficiunt à perfecta malitia; quæ eſt peccatum mortale.

97 Si autem quæritur, Quando incipiat valere defuncto id, quod pro ſe fieri mandauit? dicendū quod opus operans, ideſt meritum auctoris ſtatim conſequitur mortuū, de bonis, quæ præcepit pro anima ſua fieri: ſed non opus operatum, ideſt fructus ipſius operis vſq; quo fiant: quia primum valet ex merito abſoluto, ſed ſecundum ex merito conditionali. Compend. Theolog.

98 Dicere Miſſam de mortuis, vel de aliquo Sancto pro ipſis, non multum refert: Sed benè deuotio rogantis, & offerentis: ideò conſulerem eis, qui volunt facere dici Miſſas, vt dicerent Sacerdoti: Pater dicatis illam, ad quā maiorem habetis deuotionem: vel talem ad quam ego

habeo deuotionem; & valet quò ad liberationem à pœna ei tanutm pro quo fit. Paludanus.

99 Suffragia à peccatore facta, proſunt mortuis, quantũ ad ipſum opus operatum, ideſt quantum ad efficaciam, quam habent ex ſe, & quãtum operans operatur in perſona Eccleſiæ velut alterius inſtrumentum: & inter ſuffragia pro mortuis magis proficit Miſſa. S. Thom. in 4.

100 Suffragia facta pro defunctis, non tantum proſunt illis, ſed etiam facientibus, inquantum procedunt ex radice Charitatis, qua faciens ſuffragium meretur vitam æternam ſibi. Armilla.

101 Triplex eſt differentia ſuffragiorum, & Indulgentiæ: Prima, quia ſuffragia ſpecialiter applicantur alicui per charitatem, at Indulgentiæ per poteſtatem Iuriſdictionis. Secunda differentia eſt, quia ſuffragia fiunt de bono proprio, & Indulgentiæ dantur de bono alieno, ſcilicet ex meritis ſatisfactorijs Chriſti, & Sãctorum. Tertia eſt, quod indulgentiæ non dantur ſine auctoritate, & ſuffragia ſic: ſecundum illud Diui Iacobi, Orate pro inuicem, &c. Tamen, & ſuffragia, & Indulgentiæ in hoc conueniũt, quod nõ valent ad ſtatus mutationem, ſed tantũ ad pœnæ alleuiationem.

Notula breuis de Sepulturis.

102 Sepultura ad inuenta eſt, & propter viuos, & propter mortuos: Propter viuos quidem, ne eorum oculi ex turpitudine cadauerum offendantur, & corpora fætoribus inficiantur; & hoc quantum ad corpus: ſed ſpiritualiter etiam prodeſt viuis in quantum per hoc aſtruitur eorum fides; ſed mortuis proſunt quò ad hoc, quod inſpicientes ſepulchra memoriam retinent defunctorum, & pro mortuis orant: vnde, & monumentum à memoria nomen accepit: dicitur autem monumentũ, quaſi mouẽs mentem. Oleum, cera, incenſus, luminaria, aqua benedicta, & quæcunq; ſimilia, ſunt quædam internæ præcationes pro illis defunctis ad honorem quoq; Dei exhibitæ: vnde dicitur, oleum, & ceram holocauſtum eſſe.

103 Ius ſepulturæ, ſiuè ſepeliendi conuenit Eccleſijs Parochialibus,& etiã alijs Eccleſijs, vel Conuentibus, quibus Iure Canonico, vel ex priuilegio conceſſum eſt, vt in Eccleſijs, & cœmeterijs Prædicatorum, & Minorum vt habetur in Clementina, Dudum. de ſepultur. Nec requiritur quod Eccleſia ſit Conſecrata, ſed ſufficit quod ſit pro ſepultura deputata ab Epiſcopo, vel à Papa; vt habent præfati fratres, vt eſt videre in dicta Clementina.Sylueſt.verb.Sepult.

104 Sepulturam ſibi eligere poteſt quiſq; pubes; quod ſi non elegit, ſepeliendus eſt Clericus in ſua Eccleſia; Peregrinus in Parochiali, vel Cathedrali; vxor cum viro; Spurius cum matre, non illuſtri;naturalis cum patre,nō in dignitate conſtituto;& Religioſi non eligunt ſepulturam, niſi ſint abſentes à ſuo Conuentu:tamen pater eligit ſepulturã filio impuberi,& eo abſente mater.Molina.

105 Sepultura priuati ſunt Iure, (niſi in morte dent ſigna cōtritionis)excommunicati;vſurarij manifeſti,niſi dent cautionem;morientes in peccato notorio, aut in duello:Interdicti Eccleſiæ ingreſſu; fautores hæreticorum, aut infidelium,nominatim interdicti; Religioſi proprietarij,& alij,qui notantur in ſummis.

Quarta debitam Parocho ſoluunt Religioſi, ſolum de oblatis die ſepulturæ.

De Sacramento Pœnitentiæ cum ſuis partibus vide ſupra. Cap.1.2.3.&c.

De Sacramento Extremæ Vnctionis. Particula. VII.

106 Extrema Vnctio ſic deſcribitur à Concilio, & Cathechiſmo,mixtim; eſt Sacramentũ à Chriſto Domino inſtitutum,vt Sacra Vnctione, & Oratione Sacerdotis ſalus efficiatur,tum animæ,tum corporis: eorum, qui in periculo vitæ ægrotant.

107 Vel ſecundum.S.Bon.eſt, Vnctio hominis infirmi à Sacerdote in remiſſionem venialium peccatorum.

108 Item ſecundũ Scotum.eſt Vnctio hominis infirmi pœnitẽtis,facta in determinatis partibus corporis, cũ Oleo Conſecrato ab Epiſcopo miniſtrato à Sacerdote, ſimul verba certa proferente,cum intentione debita, ex inſtitutione diuina ſignificans efficaciter curationẽ venialiũ.

109 Item ſecundum Nauar.eſt Sacramentum,quo præsbyter vngit certas corporis partes infirmis probabiliter periculantibus,Oleo Conſecrato, certa verba, cum debita intentione proferendo.

110 Materia Vnctionis extremæ eſt duplex, ſcilicet, propinqua,& remota.Propinquaeſt Vnctio,remota eſt Oleũ infirmorum conſecratum ab Epiſcopo.Gabriel.in 4.Nota quod poteſt adhiberi Oleum non eodem anno benedictum,ſi deſit benedictum eiuſdem anni.Sà.

111 Forma huius Sacramenti eſt Oratio deprecatiua, vt dicendo,per iſtam Sanctam Vnctionem,& ſuam pijſſimã miſericordiam indulgeat tibi Deus quicquid deliquiſti per illicitumt actum, guſtum, viſum, auditum, & odoratum.Amen.

Miniſter huius Sacramenti eſt ſolus Sacerdos,etiam in neceſſitate.

112 Effectus principalis huius Sacramenti eſt Sanatio ſpiritualis animæ à peccatis venialibus. Effectus ſecundarius eſt ſanatio corporis,ſi eſt expediens animæ infirmi.

113 Sacramentum hoc non datur niſi adultis, & infirmis in articulo mortis conſtitutis ex infirmitate.Ideò nõ datur occidendis, vel euntibus ad bellum. Licet detur decrepitis,qui præ ſenectute deficiunt ſine actuali infirmitate;& etiam freneticis, & amentibus, ſi petierint, aliàs non;& maximè quando crederetur,quod irreuerentiam exhiberent huic Sacramento,etiam quod petierint, vel petant. Debet etiam dari illis, qui ex infirmitate amiſerunt iam vſum rationis, quamuis actualiter non petierint,dummodo ſint tales perſonæ,de quibus cõſtat,quod benè vixerint, & quod ſi haberent tunc vſum rationis, peterent.

114 Debet etiam dari illis, de quibus dubitatur, an ſint mortui,tamen ſub conditione,ſi ſunt viui: ſed ſi morian-

tur ante completionem Vnctionis, non eſt vlterius procedendum.

105 Poteſt etiam iterum dari in eadem infirmitate, ſi infirmus ſit in periculo mortis, & poſtmodum releuetur, & poſt aliquot dies iterum ſit in articulo mortis, iterum poteſt vngi; maximè quando infirmitas eſt diuturna, vt para lyſis, & febris hetica. ex additionibus ad Sauonarolam.

Sacramentum iſtud fuit inſtitutum à Chriſto, ſicut, & cœtera: ab Apoſtolis autem, præſertim à Iacobo fuit promulgatum. Sed quando fuit inſtitutum. vide ſupra de Sacramentis in communi.

116 Vnctio præfata Sacramenti de neceſſitate, debet fieri, in quinque ſenſibus; quia ſunt radices peccandi; videlicet, oculis, auribus, naribus, labijs, & manibus, & quibuſdam etiam (de bene eſſe) in pedibus, & renibus: tamen communiter ſeruandus eſt, ritus libri Sacramentaſium. Sotus. 4. diſt. 23.

117 Interrogatio, Quomodo agendum eſt cum infirmo, qui proximus ſit morti? Reſp. Danda eſt illi extrema Vnctio, Commendatio animæ, exhortandus eſt, vt in fide perſeueret; Paſſio Chriſti in memoriam reducenda, ne deſperet pro peccatis commiſſis; ſuadeatur propoſitum melioris vitæ; Proteſtationes faciat ſe tenere fidem Catholicam.

118 In extrema Vnctione eſt aliquid; quod eſt Sacramentum tantum, vt exterior Vnctio: aliud quod eſt tantum res, vt venialis morbi curatio: Aliud quod eſt res, & Sacramentum, vt ipſa excitatio deuotionis in anima, quæ non eſt aliud niſi quædam Spiritualis Vnctio. S. Bonau. in centiloquio.

Sequuntur interrogationes Beati Anſelmi faciendæ infirmo morienti.

119 Primò, interrogari debet; Si credit omnia, quæ ſunt fidei Chriſtianæ. Secundò, ſi gaudeat ſe mori in fide Chriſtiana. Tertiò, ſi recognoſcat ſe Deum multum offendiſſe.

ſe. Quartò, ſi dolet de omni Dei offenſa. Quintò, ſi proponit de cœtero ab omni offenſa peccati mortalis abſtinere. Sextò, ſi credit ſe meritis Paſſionis Chriſti, & non proprijs, ad gloriam peruenire. Vltimò, debet ſibi dici, ſi occurerit tibi inimicus Diabolus, ſemper ei opponas merita Paſſionis Chriſti.

De Sacramento Ordinis. Particula VIII.

119 Ordo, ſecundum Magiſtrum ſententiarum, eſt ſignaculũ quoddã, in quo ſpiritualis poteſtas traditur ordinato.

Item, ſecundum Scotum, ordo, ſiue ordinatio eſt inſtitutio alicuius in gradu præeminenti, in Eccleſia, cui cõuenit aliquod miniſterium circa Sacramentum, & præcipuè circa Euchariſtiam, facta à Miniſtro idoneo, verba ſimul cum intentione debita proferente, miniſterium gradus illius aliquo ſigno viſibili repræſentans, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans gratiam præeminentem, qua ordinatus aliquod miniſterium dignè exequatur.

120 Item, ſecundum Sotum, ordo eſt Sacramentum, quo poteſtas ſpiritualis ſignificatur, & traditur in ordine ad Sacroſanctum Corpus Chriſti cõſecrandum. Nota quod Magiſter ſupra dixit ſignaculum, non pro Charactere Ordinis, ſed pro Sacramento, quo character imprimitur: quo circa Ordo idem eſt in præſentiarum, quod ordinatio.

Item ſecundum Nauarrum, Ordo eſt Sacramentũ, quo traditur character, & poteſtas conſecrandi Euchariſtiã, vel circa illam miniſtrandi.

121 Materia Sacramenti Ordinis in generali eſt illud inſtrumentum, per quod traditur ſpiritualis poteſtas ordinato.

Forma huius Sacramenti eſt in generali, Accipe poteſtatem faciendi hoc, vel illud in Eccleſia Dei.

122 Effectus huius Sacramenti eſt Augmentum gratiæ ad dignè adminiſtrandum Ordinem ſuſceptũ, & character,

Miniſter huius Sacramenti eſt Epiſcopus ſaltem quantum ad maiores Ordines.

Quando imprimitur character? Reſp. quãdo tangitur inſtrumentum porrectum ab Epiſcopo proferẽte verba.

823 Ordines nõ ſunt ſuſcipiendi quæſtus cauſſa, aut lucri, non honorum cupiditate, & ambitione, non beneficiorũ cauſſa, ſed vt alicui certo Eccleſiæ miniſterio ad dictũ in ſanctitate, & iuſtitia Deo ſeruiant.

824 Duplex poteſtas confertur per Sacramẽtum Ordinis: Prima ſuper Corpus Chriſti verum, ideſt, non ſolũ conſecrandi Euchariſtiam, verum etiam ad eum accipiendũ hominum animos præparandi, & complectendi cœtera omnia, quæ ad Euchariſtiam quouiſmodo referri poſſunt: Altera poteſtas eſt ſuper Corpus myſticũ, ideſt Gubernandi populum Chriſtianum, ad æternã, cœleſtemq; beatitudinem dirigendo, ligando, & ſoluendo à peccatis: vnde prima dicitur poteſtas Ordinis, altera verò Iuriſdictionis.

825 Laycus, qui proponit ſuſcipere hoc Sacramentum, nõ debet immediatè tranſire de ſtatu Laycali ad miniſterium Eccleſiaſticum; ſed prius conferenda eſt illi prima tonſura.

Prima tonſura ſic deſcribitur; eſt præparatio, ſiue diſpoſitio ad Ordines ſuſcipiendos, & non eſt Ordo.

826 Illi qui primam tonſuram ſuſceperunt Clerici vocantur; quia in ſortem, & hæreditatem domini ſunt vocati: vel quia Dominus ſors, & hæreditas illorum eſſe debet. Cleros enim, à quo deriuatur Clericus, ſortem ſeu hæreditatem ſignificat.

827 Multiplex, eſt differentia inter Clericos, & Laicos, & prima eſt: Clericus ſolũ cultui diuino ſe totum addicit, non implicans ſe negotijs ſæcularibus, quorum adminiſtratio ad Laicos pertinet. Secunda, quò ad forum; Clerici enim Eccleſiaſtico, Laici verò ſeculari Iudicio ſubditi ſunt. Tertia, maioribus priuilegijs decoratur ſtatus Clericorum, quàm Laicorum, præſertim immunitatibus.

Officium Clerici eſt intereſſe choro, vbi nõ habet ſpeciale officium, ſed commune pſalendi cum cœteris.

Ton-

128 Tonſura, quæ fit Clericis in parte ſuperiori, ſignificat mentem Clericorum debere eſſe liberam ad contemplationem diuinorũ. Quæ fit ſuper aures ſignificat, vt præcidant vitia cordis, & operis, ne impediantur ab audiẽdo, & intelligendo verbum Dei. Quæ verò fit in poſteriori parte, ſignificat ſenſus Clericorum non debere eſſe implicatos in rebus terrenis, quæ per capillos deſignantur.

129 Corona ſignificat Regiam dignitatem, quam habent, quia ſe, & alios per virtutes gubernare debent: & figura Coronæ circundans ſignificat perfectionem, ad quam tendere debent, qui ſe Deo dedicarunt.

130 Super pelliceo etiam induuntur Clerici; quia denotat puritatem, & innocentiam, cui incumbere debent deputati cultui diuino.

131 Qui prinimam tonſuram ſuſcipere vult, debet ex Cõcilio Tridentino, ſcire legere, & ſcribere, & rudimenta fidei, quæ quilibet Chriſtianus ſcire tenetur.

132 Quilibet Chriſtianus ſcire tenetur ſignum Crucis, Orationem Dominicam, articulos fidei, ſeptem Sacramẽta, ſeptem opera miſericordiæ corporalia, & ſpiritualia, & præcepta Eccleſiæ.

133 Prima tonſura non eſt conferenda ijs, qui Sacramentum confirmationis non ſuſceperint, & fidei rudimenta edocti non fuerint, quique legere, & ſcribere neſciant, & de quibus probabilis coniectura non ſit eos non ſæcularis Iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deo fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe. Et requiritur in ſuſcipiente ætas ſeptem annorum completorum.

134 Nota quod multi (vt irregulares) repelluntur à ſuſceptione Ordinum nempe, Illiterati, illegitimi, ſpurij, infames, corpore notabiliter vitiati, bigami, ideſt, qui duas habuerunt vxores, vel qui cognouit corruptam ab alio, Hæretici, apoſtatæ, ſerui, pueri furioſi, amentes, excommunicati, celebrantes in loco interdicto, celebrantes cũ ſint ſuſpenſi, exercentes actum Ordinis, quem non habent; Promoti per ſaltum, ideſt ſuſcipientes Ordinem ſuperiorem ante inferiorem; Ordinati ab Epiſcopo notoriè denunciato, excommunicato, ſchyſmatico, hæreti-

co, depoſito, ſuſpenſo, interdicto, degradato, vel qui renunciauit loco, & dignitati; Ordinati ab alieno Epiſcopo ſine licentia proprij, ſunt ſuſpenſi, quamdiù Epiſcopo proprio videbitur; ſuſcipientes eadem die quatuor minores cum vno ex maioribus, vel duos maiores ſimul; iterantes ſcienter Sacramenta imprimentia characterē; Infideles, procurantes abortū, vel ad id adiuuantes, dummodo fœtus ſit animatus; ſuffocantes infantem in lecto, Homicidæ, mutilantes ſibi, vel alteri membrum, ſiue hoc fiat ex ira, vindicta, iuſtitia, ſiue caſu, vel dum datur operæ ei illicitæ; cooperantes homicidio, mutilationi, vel accelerationi mortis.

135 Nota quod Irregularitas tollitur tribus modis; Primo, per baptiſmum, qui tollit omnem irregularitatem, excepta bigamia, & illegitimatione. Secundo, per profeſſionem, quæ tollit omnes, quæ non ſunt ex propria culpa, & alijs præbet maiorem facilitatem ad diſpenſandum. Tertio, per diſpenſationem Papæ, qui omnes tollere poteſt; vel per diſpenſationem Epiſcopi, qui in aliquibus poteſt diſpenſare: Et ex Concilio Tridentino, Epiſcopi diſpenſare poſſunt in omnibus irregularitatibus, & ſupenſionibus ex delicto occulto prouenientibus; excepta ea, quæ oritur ex homicidio voluntario; & exceptis alijs deductis ad forum contentioſum; & in quibuſdam caſibus occultis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis delinquentes quoſcunq; ſibi ſubditos in diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputatum, in foro conſcientiæ, gratis abſoluere, impoſita pœnitentia ſalutari. Idem, & in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis tantum, non eorum Vicarijs permiſſum eſt. Hoc tamen non probatur à Nauarro in Manual. c. 27. nu. 26. & 275. Vbi dicit quod iſta auctoritas eſt ſublata Epiſcopis per multas bullas in Cœna Domini: Sed Chape à Ville de caſibus reſeruatis, caſu primo tenet vt dixi ſupra. Alia multa de irregularitate, vide ſupra. de Cenſuris. cap. 9.

136 Ordines quantum ad numerum, vt citant. D. Bonauent. & D. Thom. ſunt, Præsbyteratus, Diaconatus, & Sub-

Subdiaconatus, qui dicuntur ordines Sacri, & ſunt Sacramenta; reliqui verò quatuor ſunt Sacramentalia. At opinio Nauatri eſt eſſe octo Ordines, nempe quatuor maiores, & quatuor minores: Maiores, vt Subdiaconatus Diaconatus, Præsbyteratus, & Epiſcopatus, qui ſunt Sacramenta. Minores verò eſſe, Oſtiarium, Lectorem, Exorciſtam, & Acolitum, qui non ſunt Sacramenta, ſed Sacramentalia. Vnde præfatus Nauarr. ſperabat diffinitionem ſuper hoc à Concilio Tridentino, quando de hoc ſcribebat: ſed Tertia opinio eſt communis. S. Bonauenturæ, S. Thomæ, Richardi, & aliorum qui dicunt, quod ſunt ſeptem; quatuor minores ſcilicet, Oſtiarius, Lector, Exorciſta, & Accolitus; & tres maiores ſcilicet Subdiaconus, Diaconus, & Præsbyter. Ordinatio autem Epiſcopi, eſt idem Ordo, & Sacramentum cum Sacerdotio, diſtatque ſolum tamquam magis perfectum à minus perfecto, & nouum characterem non imprimit, ſed Sacerdotalem præexiſtentem ampliat. Et Epiſcopus habet poteſtatem conficiendi omnia Sacramenta, qua ſimplex Sacerdos caret. vide etiam ſupra de Clauibus. cap. 8. num. 9.

137 Multiplex eſt differentia inter maiores, & minores Ordines. Prima, maiores habent annexum votum Caſtitatis, & impediunt Matrimonium contrahendum, & dirimunt contractum: minores autem non. Secunda, maioribus initiati poſſunt tangere Sacra vaſa; non autem minoribus initiati. Tertia, minores poſſunt ſuſcipi quolibet feſto die, & omnes quatuor eadem die; maiores verò, niſi adſit diſpenſatio Papæ, non poſſunt ſuſcipi, niſi ſex temporibus à iure ſtatutis, ſcilicet, quatuor temporibus anni, & ſabbato Quadrageſimæ, quod dicitur, Sitientes, & ſabbato Sancto.

138 In Sacramento Ordinis eſt aliquid quod eſt Sacramentum tantum vt exterior operatio in traditione alicuius inſtrumenti, & expreſſione verbi. Aliud quod eſt tantum res, vt ſpiritualis poteſtatis collatio. Aliud quod eſt res, & Sacramentum, vt interior characteris impreſſio. S. Bonauent. in centiloquio.

Sex

139 Sex ſunt de ſubſtantia Sacramentis Ordinis. Primum eſt poteſtas Ordinantis; quia debet eſſe Epiſcopus. Secuudum eſt materia, ſcilicet Vnctio in Sacerdotibus, & tactus illorum, quæ tangenda ſunt. Tertiũ eſt forma verborum. Quartum eſt ſexus virilis; quia mulier non recicipit characterem Ordinis. Quintum eſt intentio debita, & vt Epiſcopus intendat conferre, & Clericus ſuſcipere. Sextum eſt quod Ordinandus ſit baptizatus, quia baptiſmus eſt Ianua omnium Sacramentorum. Scrutinium Sacerd.

140 Ordo eſt vnum Sacramentum, & non ſeptem vnitate integra ex pluribus partibus ordinatis ad vnum; quia alij ſex Ordines ordinantur ad ordinem præsbyteratus. Richar. diſt. 24.

De Oſtiarijs.

141 Oſtiariatus eſt poteſtas, per quã Ordinatus poteſt recipere dignos, & excludere indignos circa Euchariſtiã Quare hoc officium comittitur habentibus Ordinem, cum per ſimplices Laicos etiam ſæpè exerceatur? ratio eſt; quia Oſtiarij hoc ex officio proprio agunt; Laici verò, & ſi ſepè exerceant ea, quæ pertinent ad minores Ordines, non tamen hoc agunt ex officio.

142 Oſtiariatus datur per traditionẽ Clauium (ſunt enim claues materia, & inſtrumentum huius Ordinis) ab Epiſcopo hanc formam verborum proferente: Sic agite tanquam rationem Deo reddituri pro rebus, quæ Clauibus iſtis recluduntur. Et tunc in Ordinato imprimitur character.

143 In ſuſcipiendo quatuor minores requiritur, ex Concilio Tridentino, vt ſaltem linguam latinam intelligant: & præter hanc ſcientiam, habere debent teſtimonium ſuæ bonitatis à Parocho, & magiſtro Scholæ, & ad tres primos minores ſaltem debent compleuiſſe. 7. annos; ad Acolitatum verò duodecim.

De Lectoribus.

144 Lectoratus eſt poteſtas, per quam ordinatus poteſt legere

gere lectiones,& prophetias.

Iſte ordo confertur his cærimonijs, videlicet per traditionem libri prophetiarum (eſt enim inſtrumentum,& materia huius Ordinis liber prophetiarum) ab Epiſcopo proferente hanc formam verborum: Accipe, & eſto verbi Dei relator, habiturus, ſi fideliter impleueris officium, partem cum his, qui verbum Dei benè miniſtrauerunt. Et tunc imprimitur character.

De exorciſta.

145 Exorciſtatus eſt poteſtas, per quam ordinatus poteſt expellere Diabolum, ne impediat aliquem à ſumptione Eucharistiæ.

Ordo iſte confertur his cærimonijs, ſcilicet per traditionem libri exorciſmorum (eſt enim inſtrumentum, & materia huius ordinis liber exorciſmorum) ab Epiſcopo, proferente hanc formam verborum: Accipite, & habete poteſtatem ponendi manus ſuper energumenos, ſiue baptizatos, ſiue Cathechumenos. & tunc imprimitur characher.

De Acolitis.

146 Acolitatus eſt poteſtas, per quã ordinatus poteſt portare vrceolos cum vino,& acqua.

Iſte ordo confertur his cærimonijs, nempe per traditionem Candelabri cum candela, & vrceoli, ab Epiſcopo, ſiue eius iuſſu ab Archydiacono, & character imprimitur, in traditione vrceoli, proferente Epiſcopo. Accipe vrceolum ad offerendum vinum, & acquam pro Euchariſtia.

De Subdiaconis.

147 Subdiaconatus eſt poteſtas, per quam ordinatus poteſt

teſt portare Calicem cum vino ad Altare, & præparare neceſſaria ad Euchariſtiam, & legere Epiſtolam.

147 Ordo iſte his cœrimonijs confertur, ſcilicet per traditionẽ Calicis vacui cum patena (hoc eſt enim inſtrumentũ, & materia huius ordinis) ab Epiſcopo proferente formam verborum, & imprimitur character.

De Diaconis.

Diaconatus eſt poteſtas, per quam ordinatus poteſt diſpenſare Corpus Chriſti fidelibus, & legere Euangelium.

148 Iſte ordo confertur his cœrimonijs, videlicet, per traditionem libri Euangeliorũ (qui eſt materia, & inſtrumẽtum huius ordinis) ab Epiſcopo dicente: Accipe poteſtatem legendi Euangelium in Eccleſia Sancta Dei, tàm pro viuis, quàm pro Defunctis: & tunc imprimitur character.

149 Diaconi eſt per modum Cathechiſmi exponere fidei articulos, & decalogum, legere (vt dixi) Euangelium, & de Epiſcopi, vel Parochi facultate prædicare, & baptizare, & dare Euchariſtiam; id quod etiam poteſt facere in neceſſitate, & recitare nomina baptizandorum, & ordinandorum Emanuel Sà correct.

De Præsbyteris.

Præsbyteratus eſt poteſtas, per quam ordinatus in Præsbyterum, poteſt conſecrare Corpus, & Sanguinem Chriſti.

150 Non tamen omnis Sacerdos poteſt abſoluere à peccatis, ſed requiritur (poſt quam habuit poteſtatẽ ſibi collatum in ordinatione ab Epiſcopo dicente: Accipe poteſtatem ſoluendi, & ligandi, vel ſimilia verba) Quod habeat Iuriſdictionem ordinariam, vel delegatam ſupra pœnitentes.

151 Ordo iſte confertur his cœrimonijs, videlicet; Per traditio-

ditionem calicis,& patenæ præparati cum pane,& vino (hoc eſt enim inſtrumentum,& materia huius Ordinis) ab Epiſcopo proferente verborum formam: Accipe poteſtatem offerendi Sacrificium,tàm pro viuis, quàm pro defunctis:& tunc imprimitur character.

152 Nota quod tanta ſcientia requiritur in promouendo ad Præsbyteratum,ex Concilio Tridentino, vt ſit aptus ad docendum populum ea, quæ ſcire omnibus neceſſarium eſt ad ſalutem, & quæ pertinent circa adminiſtrationem Sacramentorum.

153 Ex Concilio Tridentino etiam habetur, quod nullus eſt ordinandus ad Subdiaconatum ante vigeſimum ſecũdum,ad Diaconatum ante vigeſimum tertium, ad præſbyteratum ante vigeſimum quintum, ætatis ſuæ annum.

154 Ordo Oſtiariatus inſtitutus fuit quãdo Chriſtus dixit; Attolite portas Principes veſtras, & eleuamini portæ æternales.Pſal 23. & quando ementes, & vendentes eiecit de templo.Matth.21.

155 Ordo Lectoratus inſtitutus fuit à Chriſto, quando in medio ſeniorũ librum Iſaiæ prophetæ aperuit, & cõpleta lectione prophetiæ clauſit,& dedit miniſtro. Luc.IV.

156 Ordo Exorciſtatus inſtitutus fuit,quando Chriſtus tetigit aures ſurdi,& muti, dicens epheta,quod eſt,ad aperire. Marc. VII. & quando de Maria Magdalena ſeptem dæmonia eiecit.Mat.16.

157 Ordo Acolitatus inſtitutus fuit à Chriſto, quando dixit;Ego ſum lux Mundi, qui ſequitur me non ambulat in tenebris,ſed habebit lumen vitæ.Ioan.8.

158 Ordo Subdiaconatus inſtitutus fuit, qñ Chriſtus linteo ſe precinxit,& pedes diſcipulorum lauit.Ioan. 13.

159 Ordo Diaconatus inſtitutus fuit, quando Chriſtus in cœna, Corpus, & Sanguinem ſuum miniſtrauit diſcipulis. 1.cor.11.& dormientes Apoſtolos,excitauit, dicens; Vigilate,& Orate,&c.Mat.26.

160 Ordo Præsbyteratus inſtitutus fuit quando Chriſtus poſt cœnam panem,& vinum in Corpus,& Sanguinẽ ſuũ cõuertit,dicens Apoſtolis; Accipite,& comedite,Hoc eſt Corpus meũ.Mat.26.& Io.13.Itẽ qñ poſt Reſurrectionẽ

dixit;

dixit; Accipite Spiritum Sanctum: quorū remiſeritis peccata, remittuntur eis, &c. Ioan. XX.

161 Circa qualitatem Sacerdotis, nota; quod ipſe debet eſſe, pudicus, honeſtus, cibo, & potu temperatus, competēter literatus, manſuetus, modeſtus, cum habitu, & tonſura, hoſpitalis, corrector vitiorum, exemplum bonæ vitæ, & famæ præbeat, vnicum habeat beneficium cum cura animarum, Mortale crimen euitet, non luſor, non negotiator, non cum mulieribus cohabitet, non incontinens, non in comeſſationibus, & fabulis, non interſit ſpectaculis inhoneſtis, non immiſceat ſe negotijs ſecularibus, non intendat ioculatoribus, & hyſtrionibus, non frequentet tabernas, Horas debeat dicere, Iuſtum iudicium nō vendere. Sacramenta dare gratis, non ſit excommunicatus, ſuſpenſus, interdictus, vel irregularis, non apoſtata, non ſimoniacus, non ſolemniter pœnitens: & plura alia, quæ cauſſa breuitatis omitto. Et in prælato requiruntur tria, primò quod habeat curam cum iuriſdictione Ordinaria ad quam requiritur: Secundo, electio per Collegium, & confirmatio: & Tertio, quod ſit perſona Eccleſiaſtica. Panormit. de officio Ordinarij.

De Epiſcopis.

162 Epiſcopus dicitur ab Epi, quod eſt ſuper, & ſcopin, quod eſt intendere: quia Epiſcopi habent vigilare ſuper gregem. Sunt autem quatuor modi Epiſcoporum, quidā ſunt Patriarchæ, & ſunt quatuor; quidam uocantur metropolitani, quidam Archiepiſcopi, & quidam Epiſcopi: & omnes iſti poſſunt dare Ordines. Item ſoli Epiſcopi poſſunt conſecrare Abbates, Moniales, Eccleſias: & ab Epiſcopis deriuatur Epiſcopatus, quod eſt nomen operis, & non honoris. S. Thom. 2.2.q.185. An autem Epiſcopatus ſit Ordo? vide ſupra num. 136.

163 Datus Ordo maior ſine minori tenet, vt dixi ſupra, nō tamen Epiſcopatus ſine Sacerdotio. S. Thom. in ad. ad 3. p.q.40. art.5.

Inter-

164 Interrogatio, An Epiſcopus putans ordinare ſu ũ, qui tamen non eſt, ſit ille ordinatus? Reſpondet Dionyſius Chartuſianus ſuper.ca.27.Geneſis,quod ſic; quia quamuis Ordinans credebat illum alium eſſe, aliumque ordinare intendebat, ſufficit tamen quod intendat ordinare illum,quem habet coram ſe.Nauar.autem tenet in conſi. 1.De temporib.ordinat.& dicit:Si Epiſcopus dicat,nolo, vel non intendo ordinare excommunicatos, vel irregulares: Attendenda eſt eius intentio.De hoc dubio vide etiam Sotum in 4.diſt.5.q.1.art.8.ver.Falli.& Petrum Tartaretum.4.diſt.30.q.1.in fine.

165 Epiſcopus ordinans, ſi abſoluat,& diſpenſet ad cautelam cum ordinandis, prodeſt etiam Regularibus, & extraneis.Emanuel.Sà ver.Ordo.nu.15.

De Prædicatione.

166 Ex Concilio Tridentino in pluribus locis, & maximè ſeſſ.5.cap.2.de reform.habetur quod præcipuum munus Epiſcoporum eſt prædicatio Euangelij; Ideò prædicatio ſic deſcribitur ab Alano: Eſt manifeſta, & publica morũ inſtructio,& fidei,& hominum informationi deſeruiens, ex rationum ſemita,& auctoritatum fonte procedens.

167 Nota, quod Euangelica Prædicatio debet habere tres qualitates: Prima, vt initium ſit ab auctoritate Theologiæ,tamquã à ſui proprio fundamento; maximè ab Euãgelijs, Pſalmis,Pauli Epiſtolis, & libris Salomonis; quia ex iſtis ſpecialiter reſultat moralis inſtructio. Secunda, quod habeat in ſententijs pondus, vt virtute ſententiarum animos auditorum emolliat, ad lachrymas moueat, excitet mentem,pariat contritionem, compluat Doctrinis, intonet minis,blandiatur promiſſis, & ita tota tendat ad vtilitatem proximorum. Terria, quod ſit breuis; vnde ad Corrinth.14.in 1.Epiſ.dicit Apoſtolus.In Eccleſia volo quinq; verba magis loqui, ſcilicet, pauca ſenſu meo; ideſt vt intelligam, & ab alijs intelligar, & ſic eos inſtruam, quàm decem millia verborum in lingua, ideſt,

quàm

quam maximam verborum copiam ſine huiuſmodi intellectu. Hæc ex fortalitio fidei in principio.
168 Sciendum autem quod Apoſtolus, ſpecialiter ſe dicit hic velle loqui quinque verba; quia prædicatores Eccleſiæ debent annunciare quinque, ſcilicet, Credenda, Agēda, Vitanda, Timenda & Sperāda; quia prædicatio debet eſſe de his quæ pertinent ad fidem, & ſic habetur primū: & de his, quæ pertinent ad mores; & ſic habentur alia quatuor, ſcilicet virtutes, & vitia, pœna, & gloria. Et quia iſta debent prædicari cum breuitate ſermonis, ideò dicit Apoſtolus quinq; verba, ideſt pauca. Similem Doctrinā tradidit Prædicatoribus Pater noſter Seraphycus Franciſcus, dicens in Regula, Moneo quoq; & exhortor Fratres meos, vt in prædicatione, quam faciunt, ſint examinata eorum eloquia, ad vtilitatem, & ædificationem populi, annunciando eis vitia, & virtutes, pœnam, & gloriā cum breuitate ſermonis; quia verbum abbreuiatum fecit Dominus ſuper terram Eſaiæ. c. 10. Secundum aliam translationem. Ex fortalitio, vt ſupra.
169 Item, ſecundum Ciceronem in Rhetorica prima; Partes Orationis Rhetoricæ ſunt ſex, ſcilicet; Exordiū, Narratio, Partitio, Confirmatio, Reprahenſio, & Cōcluſio.
170 Euangelia poſſunt partiri, ſiue diuide in tria puncta; quemadmodum, & omnis bona concio, ſiue prædicatio, vt patet in ſingulis Euangelijs Aureæ roſæ. vt exempli gratia, fit à præfato auctore in Euāgelio primæ Dominicæ Aduētus, ſcilicet; Erunt ſigna in Sole, & Luna, &c. dicit ergo, in præſenti Euāgelio tria facit Chriſtus; Primò enim quædam dicit terribilia; ſcilicet, Erunt ſigna, &c. Secundò reddit cauſſam talium, vnde dicit, Nam virtutes Cœlorum, &c. & Tertiò conſolatur corda electorum, ibi, His autem fieri incipientibus, &c. & ita facit in omnibus, & ſingulis Euangelijs totius anni, &c.
171 Nota quod Sacra Scriptura habet quatuor ſenſus, vnde de hoc eſt verſus.

Litera geſta docet, quid credas Allegoria.
Moralis quid agas, quò tendas Anagogia.

172 Plures

172 Plures ſenſus non recipit Scriptura; & non ſunt iſti quatuor ſenſus in qualibet parte ſcripturæ, ſed in ſolo veteri teſtamento, vt dicit. D. Auguſtinus. de vtilitate credendi.

173 In nouo tamen teſtamento, ſaltem ſenſus allegoricus non eſt; eo quod allegoria eſt quandocunque ex rebus ſignatis accipitur aliqua vlterior ſignificatio, de his, quæ credenda ſunt de Chriſto, vel circa eum: ſed in nouo teſtamento quicquid dicitur de Chriſto eſt, & apertè dicitur; ideò Allegoria nulla eſſe poteſt; quia quod allegoria eſſe deberet, eſt ibi ſenſus literalis. At in veteri teſtamento, eſt propriè allegoria; quia ex rebus ibi ſignificatis accipitur adhuc aliqua ſignificatio circa Chriſtum, & ea, quæ ad ipſum pertinent. Exemplum de quolibet ſenſu.

174 Nomen Ieruſalem, in ſenſu hiſtorico, ſeu literali ſignificat Vrbem illam, quæ fuit metropolis Terræ Iudæorum.

Allegoricè ſignificat Eccleſiam militantium.
Tropologicè ſignificat Animam viri boni.
Anagogicè Ieruſalem eſt vita æterna.
Hæc ex Alphonſo Toſtato Epiſcopo Abulenſi.

175 Nota, quod Tyconius poſuit ſeptem regulas, quibus quaſi clauibus Diuinarum Seripturarum aperirentur occulta: Quarum prima eſt de Domino, & eius corpore, ſcilicet, vt non hæſitemus, quando à capite ad corpus, vel à corpore ad caput tranſitus; & tamen ab vna, eademque perſona non receditur. Secunda eſt de corpore Domini bipartito; vel potius de corpore eius vero, & ſimilato; ſiue de permixta Eccleſia; quæ Regula lectorem vigilantē requirit, quando ſcriptura cū ad alios loquitur, vel de alijs, tanquam ad eos ipſos, ad quos loquebatur, vel de eis de quibus loquebatur, loqui videtur; tanquam vnum ſit vtrorumque corpus propter temporalē commixtionē, & Sacramētorū cōmunionē. Tertia eſt de ſpiritu, & litera. Quarta, de parte, & voto. Quinta, de tēporibus, quæ duobus modis viget, aut tropo ſynecdoche, aut legitimis numeris. Sexta de recapitulatione. Septima de Diabolo, & eius corpore, expoſitionē præfatarū regularū. vide apud

Nicolaum de Lyra, in ſecundo prologo Bibliæ: & alibi.

De Sacramento Matrimonij. Cap. XVI.

1 MAtrimonium initiatur per ſponſalia, quæ ſunt futurarum nuptiarum conuentio, & promiſſio. 30.q. 5. Canone. Noſtrates. & dicuntur ſponſalia à ſpondendo ideſt promittendo. Hinc ſponſus quaſi promiſſus, & ſpõſa quaſi promiſſa. Et ideò poſt contractum matrimonij, per de præſenti, non dicuntur ſponſus, nec ſponſa propriè, ſed vxor, & maritus.

Quilibet, qui poteſt contrahere matrimonium, poteſt etiam contrahere ſponſalia.

2 Ad ſponſalia, quantum ad ætatem, requiritur ætas ſeptem annorum tàm in pueris, quàm in puellis; quia tunc incipiunt habere diſcretionem. extra. de ſponſ. c. Literas.

3 Quot modis contrahantur ſponſalia, & in quibus caſibus ſoluantur, vide apud Sũmiſtas. in verb. Sponſalia. Et nota quod ſoluuntur conſenſu vtriuſque, etiam ſi fuiſſent iurata: quod ſi antè ſeptennium cõtracta, in ſeptennio poſſunt diſſentire. Emanuel Sà.

Ad ſponſalia requiritur vtriuſq; promiſſio, nec ſufficit, alterum acceptare alterius promiſſionem, niſi intendat etiam ſe obligare.

4 Effectus ſponſaliorum eſt, obligatio ad matrimonium contrahendum per promiſſionem in ipſis factam.

5 Clandeſtina ſponſalia valida ſunt; quia Conciliũ Tridentinum ſolum loquitur de Matrimonio contracto de præſenti; & non tranſeunt in matrimonium per copulã, cum affectu maritali. Ledeſmius.

9 Matrimonium dicitur quaſi matris munium, ideſt officium; quia maximè fœminis incumbit educandæ prolis officium; & ſic nõ dicitur patrimonium. Dicitur etiã Cõiugium à coniugendo, quod legitima mulier cũ viro quaſi vno iugo aſtringantur, vt ſimul liberorum, & domus curam gerant. Et nominantur nuptiæ, quia puellæ pudoris gratia ſe velabant; quo etiam ſignificabatur quod viris

ris obedientes, & ſubiectas eſſe oporteret. Cathechiſm.
7 Matrimonium ſic deſcribitur à Magiſtro ſent. lib. 4. diſtin. 27. eſt viri, & mulieris coniunctio maritalis, inter legitimas perſonas, vitam indiſſolubilem retinens. Idem dicit. S. Bonauent.
8 Item ſecundum Scotum; Matrimonium eſt expreſſio certorum verborum, vel exhibitio certorum ſignorum Maris, & fœminæ ad ſe inuicem ſignificantium traditionem mutuæ poteſtatis corporum, ad prolem debitè procreandam, ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificans gratiam conferendam, mutuo contrahentibus ad cõiunctionem mutuam, animorum gratia.
9 Item ſecundum Toletum. lib. 7. eſt contractus viri, & fœminæ legitimus, quo mutua corporum traditur poteſtas, gratiæ ſpiritualis collatiuus.
10 Materia Sacramenti matrimonij eſt duplex, propinqua, & remota. Propinqua eſt conſenſus à primo contrahente, viro, vel muliere per verba Latina, Greca, vernacula, vel alia, vel per nutus, ſeu ſigna præſtitus. Remota ſunt perſonæ habiles ad contrahendum. Candelabrũ Aureum.
11 Forma eiuſdem Sacramenti, ſunt verba, quæ exprimũt mutuum conſenſum: vel eſt, conſenſus ab altero contrahente, per verba itidem, nutus, vel ſigna oſtenſus. Candelabrum.
12 Miniſter huius Sacramenti: eſt duplex, vnus de iure Diuino, & ſunt ipſi contrahentes, ſibi materiam, & formã applicantes: Alter autem eſt, de iure poſitiuo Concilij Tridentini, que eſt auctoritatiuus, ſcilicet Sacerdos, qui tantum in matrimonio cum duobus, vel tribus teſtibus requiritur ad auctorizandum matrimonium. Quare ſi Sacerdos, & teſtes adeſſent, etiam ſi Sacerdos nullũ verbum proferret, Matrimonium nihilominus valeret. Candelabrum.
13 Sed quare contrahentes ſunt Miniſtri? Reſp. Ille dicitur miniſter Sacramenti, qui producit formam illius, & applicat eam materiæ; ſed Contrahentes hoc faciunt; forma enim matrimonij eſt sẽſibilis obligatio; Parochus

autem, non poteſt obligare alios; ipſi verò contrahentes poſſunt facere obligationem ſuorum corporum per expreſſionem conſenſus; ideò ipſi miniſtri ſunt formæ, & Sacramenti. Bellarinus ex Cathechiſmo.

14 Nota, quod Concilium Tridentinum non mutauit matrimonij materiam, & formam, ſed ordinauit matrimonium inter perſonas, quæ tales conditiones non ſeruaſſent, eſſe nullum; quemadmodum matrimonium inter alias impeditum nullum eſt. Candelabrum.

15 Pro quo nota, de fide eſſe determinatum, Eccleſiã poſſe noua impedimenta ſtatuere, vt hic, veteraq; mutare. Concil. Trident. ſeſſ. 24. Can. 3.

16 Effectus huius Sacramenti eſt, quod in cõtrahentibus matrimonium dignè, confertur gratia gratum faciens; datur poteſtas, vt vnus vtatur alio ad procreationẽ prolis, & ad remedium concupiſcentiæ, cuius poteſtatis actũ exequi non poſſunt idoneè, & dignè ſine gratia gratũ faciente. Richar. de Med. Vill. in 4.

17 Aetas apta ad matrimonium contrahendum, in puero eſt quatuordecim annorum, & in puella duodecim; niſi eſſent proximi pubertati, & malitia suppleret ætatem. de deſpon. impuber. Canone. Impuberes.

18 Sed unde eſt, quod vnum tempus non aſſignatur puero, & puellæ in matrimonio, in ſponſalibus autem ſic? Reſpond. Tempus ſponſalium determinatur quantum ad diſcretionem; tempus verò diſcretionis in mare, & fœmina idem determinatur, quare, & idem tempus ſponſaliũ; ſed tempus pubertatis, & matrimonij determinatur quãtum ad potentiam coeundi; hæc autem citius completur in fœmina, quam in Mare; tum quia prius in ea reſoluitur viſcoſitas propter meatus largiores; tum quia difficilius eſt agere, quàm pati; tum quia natura imperfecta in muliere appetit virum, ſicut materia formam; vnde propter maiorem appetitum naturæ fit acceleratio maior. Aſteſ. lib. 8. tit. 4.

19 Nota, quod matrimonium aliud eſt legitimum, & non ratum; ſcilicet quod legali inſtitutione, vel Prouinciæ moribus, non contra præceptum Domini contrahitur; & hoc

hoc eſt etiam inter infideles, inter quos non eſt matrimonium ratum, quia fit ſine fide ſcilicet articulorum. Aliud eſt, matrimonium ratum, & non legitimum, ſcilicet quod inter infideles, & legitimas perſonas, ſed ſine legitima ſolemnitate contrahitur. Aliud eſt legitimum, & ratum, qđ ſcilicet inter perſonas, & fideles cum debita ſolemnitate eſt contractum. Aſtenſis lib. 8. tit. 12.

20 Aliud eſt etiam matrimonium verũ, & aliud præſumptum: Verum eſt, quando inter perſonas legitimas ad cõtrahendum matrimonium interuenit conſenſus legitimus de præſenti. Præſumptum verò, aliud eſt, per carnis copulam verbis conditionalibus, vel indirectis, vel coactis præcedẽtibus. Aliud per traductionem voluntariã: Aliud per Subarrhationem, vel aliàs præſumptiones. Aſtenſis vt ſupra.

21 Notandum, quod matrimonium eſt inſtitutũ à Deo in officium, in remedium, & in Sacramentum, vel ſignum. In officium procreandæ prolis, etiam in ſtatu naturæ integræ: In remedium cõtra impulſum libidinis in ſtatu naturæ lapſæ: In Sacramentum, ſiue ſignum inſolubilis cõiunctionis naturarum in Chriſto, diuinæ ſcilicet, et humanæ. Seraphicus. S. Bonauentura in centiloquio: quando autem matrimonium fuit inſtitutum, vide ſupra de Sacramentis in communi.

22 Tria ſunt bona coniugij, videlicet, Fides, Proles, & Sacramentum. Fides eſt quod ſuam cognoſcat, & non alienum. Proles, ideſt animum habere paratum ad procreandam prolem, & educandam ſi Deus dederit, & Sacramẽtum, quantũ ad vinculi inſeparabilitatem. Quæ tria excuſant actum illum copulæ, ne ſit peccatum mortale: Tamen Vuedelinus, poſt Scotũ, non nominat ea bona excuſantia, ſed bona matrimonij; quia ipſum perficiunt, & integrant.

23 Coniuges tenentur reddere debitum alter alteri petẽti ſub reatu peccati mortalis, ſi non adſit legitima cauſſa negandi; quia vnus coniunx eſt dominus corporis alterius: ideò cum vnus petit debitum ius ſuum quærit, & ob periculũ incontinentiæ negari non debet. ex Cathechil.

24 Circa intentionem, quæ debet haberi in debito matrimoniali petendo, dicit hæc Cathechiſmus; Curandum vt non voluptatis, aut libidinis cauſſa matrimonio opera detur, ſed iuxta illos fines, qui matrimonio præſcripti ſunt: ideò S. Hieronymus ait; Nihil eſt fædius, quàm vxorem amare, quaſi adulteram.

25 Coniuges etiam debent aliquando abſtinere ab actu matrimonij, cauſſa Deum Orandi, & obſecrandi, & præcipuè tempore Quadrageſimæ: ait etiam Cathechiſmus, in primis id obſeruandum eſſe tribus ſaltem diebus ante quam Sacram Euchariſtiam percipiant: & hoc debet intelligi de his, qui ad illam raró accedunt.

26 Impedimenta matrimonij ponuntur duodecim, ſed alia tria addita ſunt, & ideò quindecim erunt, quæ impediunt contrahendum, & dirimunt de facto contractum.

Duodecim prima continentur in his verſibus.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamen, honeſtas.
Si ſis affinis, vel fortè coire nequibis.
Hæc ſocienda vetāt, connubia facta retractant.

27 Alia tria impedimenta ſunt; Primum defectus legitimæ ætatis. Secundum, matrimonium clandeſtinum. Tertium inter raptorem, & raptam, dum in illius manet poteſtate. ex Nauarro.

28 Qui contrahit ſine Parocho, vel alio de licentia Pachi, cum duobus teſtibus, matrimonium eſt nullum; & Sacerdos ſine licentia eos coniugens eſt ſuſpenſus; & ſic Concilium Tridentinum, non annullat omnia clandeſtina, niſi hæc. Nauar. c. 22. num. 70.

29 Circa impedimenta nota, quod primum impedimentum eſt, Error, qui triplex poteſt eſſe circa perſonam; primus ipſius perſonæ, vt ſi de Petro, credatur Ioannes. Alter eſt error fortunæ, vt ſi de paupere credatur quod ſit diues. Tertius eſt error qualitatis, vt de ignobili credatur quod ſit nobilis: & iſta duo non impediunt.

30 Secundum impedimentum eſt Conditio, quæ triplex eſt; Prima circa meliorem, vt cum ſeruus, aut liber contrahit cum libera, quam credit ancillam, vel è contrario.

tiò. Secunda eſt circa parem, vt cum ſeruus contrahit cũ ancilla quam liberam credit, vel è contrario: & iſtæ duæ non impediunt. At candelabrum aureum diſcedit ab hac opinione communi, hac ratione, quia talis ſerui conſenſus in illam liberam tendebat, in quam, ſi ancillam eſſe prius cognouiſſet, minimè conſenſiſſet; quia non omnes ſerui, nec omnes ancillæ æqualis ſunt conditionis. Poterit enim dari caſus, vt ſepiſſimè fit, quod ſeruus plus deſideretur in matrimonium ab aliqua libera, quam alius liber; vel propter pulchritudinem, vocẽ, artem, induſtriã, vel alia multa: tamen dicit præfatus auctor candelabri ſe non velle diſcedere à cõmuni opinione. Tertia conditio, eſt circa deteriorem, vt cum liber contrahit cum ancilla, quam credit liberam, vel è contrario; & impedit matrimonium, niſi velint in his caſibus de nouo conſentire. &c.

31 Tertium impedimentum eſt Votum, quod duplex eſt; ſcilicet ſimplex, & ſolemne. Votum ſimplex eſt quod fit de non contrahendo, vel de caſtitate; & huiuſmodi impedit matrimonium, ſed non derimit contractum. Votũ autem ſolemne eſt quod fit per ſuſceptionem Sacri Ordinis, aut profeſſionem expreſſam, vel tacitam factam in aliqua Religione approbata, & impedit, & dirimit matrimonium contractum, & ſi contrahit, eſt nullum, & eſt excommunicatus. vt in Can. Quod vot. de voto, & voti redemp. in 6.

32 Quartum impedimentũ eſt Cognatio, quæ eſt triplex, ſcilicet, Naturalis, Spiritualis, & legalis. Naturalis, Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, carnali propagatione cõtractum: & habet triplicem lineam: quæ linea eſt ordinata collectio perſonarum conſanguinitate coniunctarum ab eodem ſtipite deſcendentium, diuerſos gradus continens: qui gradus eſt habitudo perſonarum diſtantium, qua cognoſcitur quota generis differentia duæ perſonæ differant, ſeu diſtant inter ſe. Et iſtud impedimentum proterditur vſq; ad quartum gradum incluſiuè, & nedum impedit, ſed etiam derimit.

33 Nota,quod linea eſt triplex, prima Aſcendentium, in qua ſunt,pater & mater, auus & auia, proauus & proauia,abaus,& abauia,atauus & atauia.Secunda eſt deſcédétium,in qua ſunt,filius & filia,nepos & neptis, pronepos,& proneptis,abnepos & abneptis, atnepos & atneptis.Tertia eſt tranſuerſalium in qua ſunt duo fratres,filij duorum fratrum,& nepotes duorum fratrum.

34 Nota duas Regulas ad prædicta in iſto Impedimento, quarum, Prima eſt quod toto gradu perſonæ deſcendentes à ſtipite diſtant à ſe inuicem, quoto diſtant à ſtipite. Secunda eſt quod quando perſonæ inæqualiter diſtant à ſtipite,vt pote vna in ſecundo gradu,alia in quinto,quod linea cóſanguinitatis, & gradus computari debent ſecundum differentiam perſonæ magis remotæ. S. Bon.in centiloquio.

35 Nota,quod in linea prima recta,ſcilicet Aſcendentiũ, & deſcendentium eſt perpetuum impedimentum, ſecundum opinionem communé; quia inordinatum eſt, quod filia patri, vel filius matri per matrimonium iungantur in ſocios cauſſa generandæ prolis,& æducandæ;quos oportet per omnia parentibus eſſe ſubiectos, velut ex ipſis procedentes: at Thomas Argentinenſis vna cum Angelica tenent, quod præfatum impedimentum non debet extendi vltra quartum gradum ſecundum iura. vide igitur Angelicam,verb.Matrim.3. & impedimentum 6.

36 Cognatio ſpiritualis eſt proquinquitas prouenienſ ex Sacramenti datione, adminiſtratione, vel ſuſceptione. Contrahitur autem ſolum per Baptiſmum,& Confirmationem; quamquam Cathechiſmus impediat matrimonium contrahendum,non tamen dirimit contractum: & ex Concilio Tridentino ſolum habet locum, inter Baptizantem,& baptizatum, illiuſque Patrem, & matrem, ac tenentem,qui ſunt quinq; perſonæ.

37 Cognatio legalis eſt proximitas prouenienſ ex adoptione.Triplex autem oritur cognatio per adoptionem: vna eſt quaſi deſcendentium, quæ attenditur inter adoptantem,& filiam,vel neptem adoptatam, & inter ipſos non poteſt contrahi matrimonium.Alia eſt, quaſi à late-

re,

re, quæ attenditur inter filium naturalem, & filiam adoptiuam: & iſti quamdiu ſunt in poteſtate patris non poſſunt matrimonio coniungi; emācipati verò poſſunt matrimonio copulari. Alia eſt quaſi affinitas quædam, quæ attenditur inter adoptatum, & vxorem adoptantis; vel inter adoptantem, & vxorem adoptati: & inter iſtas non poteſt matrimonium celebrari. S. Bonauentura, vbi ſupra.

38 Quintum impedimentum eſt, Crimen, quæ Caietanus dicit eſſe quatuor.

Primum eſt Homicidium prioris coniugis de conſenſu vtriuſque contrahentium: veluti Berta eſt vxor Petri, Titius, & Berta de communi conſenſu faciunt occidere Petrum, & poſt mortem illius contrahunt matrimonium; dicitur quod hoc matrimonium eſt nullum, propter tale homicidium commiſſum, quod eſt impedimentum dirimens matrimonium.

39 Secundum crimen eſt homicidium de conſenſu vnius tantum, ſed adulterium quoq; inter vtrumque commiſſum eſt: veluti, Titius commiſit adulterium cum Berta vxore Petri, & inſcia Berta occidit Petrum, poſtea cōtraxit matrimonium cum illa, dicitur eſſe nullum, quia hoc crimen dirimit matrimonium.

40 Hæc eſt autem differentia inter primum, & ſecundum crimen; Primum dicit vnum tantum crimen homicidij, ſed de conſenſu vtriuſque. Secundum dicit duo crimina, homicidium de conſenſu vnius tantum, & adulterium inter vtrumque.

41 Tertium crimen, eſt adulterium cum ſponſalibus per verba de futuro: veluti Berta committit adulterium cū Titio, & per verba de futuro promittunt inuicem, quod poſt mortem Petri contrahent matrimonium inter ſe, ſtale crimen dirimet matrimoniū, ſi illud contraxerint poſt mortem Petri. Oportet autē adulteriū eſſe vtrique notū, & promiſſionē ab altero acceptari. vt dicit Emanuel Sà.

42 Quartum eſt Adulterium cum matrimonio per verba de præſenti: veluti Titius committit adulterium cū Berta, & per verba de præſenti, viuente Petro cōtrahit matri-

trimonium cum illa: In hoc caſu nō ſolum non valet hoc matrimonium ſed dirimetur, etiam ſi poſt mortem Petri de nouo contraherent illud.

43 Sextum impedimentum eſt Cultus diſparitas, quæ eſt quando fidelis contrahit cum infideli, vt Iudeo, vel Pagano, non tenet matrimonium: ſecus ſi fidelis contrahit cum hæretico; quia licet peccet, ſi ſcienter contrahit, nō tamen propter hoc eſt matrimonium dirimendum; tenetur tamen fidelis recedere ex præcepto ab hæretico, vel è conuerſò, ſi in notorio crimine hæreſis perſeuerat. Spóſalia verò poteſt fidelis cum infideli contrahere ſub conditione, vt ſi infidelis conuertatur. Scrut. Sacerd.

44 Septimum impedimentum eſt Vis, nempè illa, quæ cadit in conſtantem virum, veluti mortis, vulnerum, ammiſſionis omnium bonorum, & ſimilium, iudicio prudentis viri, habita perſonæ conſideratione, cui vis facta eſt.

45 Octauum impedimentum eſt Ordo Sacer; nam exiſtés in Sacris, vt Subdiaconus, Diaconus, & Sacerdos nō poſſunt contrahere matrimonium, & ſi contrahunt non tenet. Quod ſi quis eorum de facto contrahat, excommunicatus eſt. Vt in Clement. Eos. de conſang. & affinit. & fit irregularis, vt in c. 2. extra. qui Cler. vel vouent. Græci tamen in Sacris conſtituti, poſſunt vti matrimonio iam contracto, ſed non poſſunt amplius contrahere.

46 Nonum impedimentum eſt Ligamen; nam quādo quis alteri coniugi eſt alligatus, etiam ſi ſolum per matrimonium contractum per verba de præſenti, ea viuente aliā accipere non poteſt. vt in ca. Licet. de ſpon. duor. Quamuis ligatus ſolum matrimonio per verba de præſenti cōtracto ante copulam, poſſit Religionem approbatam ingredi. vt in c. Verum & c. Ex publico de conuerſ. coniugat. Etiam inuita coniuge remanente in ſeculo, quæ poſt profeſſionem tacitam, vel expreſſam ingreſſi, & non ante poterit cum altero viro contrahere. Si verò poſt contractum matrimonium vt ſupra, alter cōiugum ſe abſentauit in regionem longinquam, remanens non poteſt cū alio contrahere, niſi prius certificatus fuerit de morte alterius; vt ext. de ſponſ. ca. In præſentia. Secus autem eſt

in

in ſponſalibus de futuro.vt in c.De illis.eod.tit.& Glo.in c.Quoniam frequenter.ext.vt lite non contes.ſuper ver. Præſumatur.

47 Decimum impedimentum eſt Honeſtas, ideſt publicæ honeſtatis iuſtitia,quæ oritur ex ſponſalibus, vel ex matrimonio rato, & non conſumato. Et dicitur Honeſtas, quia honeſtum videtur, vt dari debeat dictum impedimentum. In matrimonio rato,& non conſumato non cõtrahitur affinitas, quia ipſa oritur ex copula carnali; loco autem affinitatis contrahitur impedimentum honeſtatis. In matrimonio rato, & non conſumato, Honeſtas impedit vſq; ad quartum incluſiuè: vt exempli gratia, ſi Titius abſens per Procuratorem contrahat per verba de præſenti matrimonium cũ Bertha, & moriatur antequã accedat ad illam, propter publicã honeſtatẽ nullus conſanguineus Titij vſque ad quartum gradum poterit ducere Bertam in vxorem. Honeſtas autem, quæ prouenit ex ſponſalibus, ſi ſponſalia non ſunt valida, nihil impediunt, ait Concilium Tridentin. At ſi valida fuerint primum gradum prohibitio non excedit: vt gratia exempli, ſi Titius per verba de futuro,contrahat cum Berta ſponſalia, quæ valida ſint, ſed poſtea nollet eam ducere, ſed vellet contrahere,cum matre, vel ſorore, vel filia illius, non poteſt;quia ſunt conſanguineæ in primo gradu,& ſi contrahat,matrimonium eſt nullum.Et nota quod in hac honeſtate cognoſcentur gradus ea ratione, quã de affinitate dicetur.

48 Interrogatio, Quomodo diſtinguũtur inter ſe hæc duo impedimenta, ſponſalia quæ ſunt impedimentum non dirimẽs,& Honeſtas,quæ dirimit, & eſt ex ſponſalibus? Reſpond. ſic: Titius contrahendo ſponſalia cum Berta incurrit duo impedimenta, vnum eſt quod non poſſit ducere in vxorem aliquam conſanguineam Bertæ in primo gradu,& hoc dicitur honeſtas,& dirimit: Aliud quod nõ poſſit ducere quamcunque mulierem, quæ ſit in mundo, etiam ſi Bertæ conſanguinea non ſit, & hoc dicitur ſponſalia,& impedit tantum,ſed non dirimit.ex Bellarino.

49 Qui contractis ſponſalibus validis cum vna,contrahit matri-

matrimonium cum alia cognata eius in primo gradu, peccat,& matrimonium non valet, & ſi habet copulam cum ſecunda, cum neutra poteſt contrahere. Nauarrus de iſto impedimento.

50 Vndecimum impedimentum eſt ſi ſis affinis;nam Affinitas eſt proximitas perſonarum ex carnali copula proueniens;& copula hæc eſt duplex, vna licita ideſt matrimonialis,alia illicita,ideſt fornicaria. Et etiam eſt viri,& mulieris commixtio, ex qua prolis generatio ſequi poteſt. Vnde eſt notandum, quod ex nulla turpitudine, niſi ſemen naturale mulieris vas ingrediatur, naſcitur affinitas: neque ſi mulier per vim cognoſcatur. Cano. Diſcretionem. de eo qui cogno. Immò quidam dixere. ex S. Thoma, requiri ſeminum commixtionem. Nauarr.& Corona.

51 Affinitas contrahitur hoc modo, quia omnes conſanguinei viri fiunt affines mulieris: & omnes conſanguinei mulieris fiunt affines viri, inter conſanguineos autem viri, & mulieris nulla eſt affinitas. Sit exemplum: Titius habet copulam carnalem cum Berta, ſoror Titij fit affinis Bertæ, frater Bertæ fit affinis Titij, ſed inter ſororem Titij, & fratrem Bertæ nulla eſt affinitas: & ideò frater Bertæ poterit ducere in vxorem ſororem Titij.

52 Nota quod gradus affinitatis inueniuntur per gradus conſanguinitatis ſic. Quando conſanguinei vnius fiunt affines alterius, in eodem gradu, quo ſunt conſanguinei vnius, fiunt affines alterius: veluti frater Titij eſt conſanguineus Titij, in primo gradu, fiet igitur affinis Bertæ iam dictæ in primo gradu, ita erit de ſorore Bertæ reſpectu Titij. Per diſtinctionem ergo graduum conſanguinitatis oritur etiam diſtinctio graduum affinitatis.

53 Interrogatio, Quomodo; in affinitate reperitur impedimentum? Reſpond. Primum genus affinitatis tantum: quia alia duo genera fuerunt ſublata per Canon. Non debet, de conſanguin.& affinit. Quod oritur ex copula fornicaria impedit vſque ad ſecundum gradum incluſiuè

cluſiuè ſi verò oriatur ex copula matrimoniali, impedit vſque ad quartum incluſiuè. Hæc ex Conclio Trident. & Doctoribus.

54 Nota, maritum & vxorem eſſe affines; hoc dicunt aliqui: tamen in declaratione arboris dicitur, quod inter eos non contrahitur affinitas, ſed ſunt affinitatis cauſſa, quod melius dicitur, meo iudicio.

55 Eſt etiam notandum, quod ex ſupradictis elicitur, & habetur extra. de conſanguin. & affinit. Canon. Quod per his. Pater, & filius, cum matre, & filia, & duo cognati, cum duabus cognatis, Aunculus, & nepos cum duabus ſororibus, contrahunt matrimoniũ verum: Immò ſecuncundum Sotum, filia vxoris, ex alio matrimonio, poteſt nubere filio ſui mariti ex alia vxore, videlicet filiaſter cum filiaſtra. idem diſt. 41. 4. ſent.

56 Pro fine huius vndecimi impedimenti, ſcias quod inter vulgares hic caſus diuulgatur, nempe, Quod aliqua mulier habebat in ſinu, ſiue in brachijs puerum, & interrogata, An ille filius eſſet ipſius? Reſpondit, hic filius eſt mei filij, & frater mei mariti. Si ergo quæratur An ſit hic caſus conformis legibus: Dico ita eſſe. Vnde ad formandum hunc caſum, oportet eſſe duas viduas, inter ſe extraneas, puta Barbaram, & Antoniam: & hæ viduæ ſingulæ habent vnum filium, ſcilicet Barbara Bartholum, & Antonia Silueſtrum: Barbara coniunxit ſe cum Sylueſtro, & Antonia cum Bartholo, deinde Barbara ex Sylueſtro habuit vnum filium nomine Petrum, & dum Antonia haberet eum in brachijs, interrogata vt ſupra, Reſpondit hic eſt filius mei filij ſcilicet Sylueſtri, & frater mei mariti, videlicet Bartholi, quia filius Barbaræ præfatæ, ſicut, & Bartholus.

57 Duodecimum impedimẽtum eſt, Si forte coire nequibis: Nam impotentia coeundi eſt vitium animæ, vel corporis, vel vtriuſque, quo quis impeditur alteri carnaliliter commiſceri: & ſunt duæ ſpecies ſcilicet naturalis, & accidentaria.

Naturalis, vt impotentia in Puero, vel frigiditas Senis,

nis, ſeu etiam frigiditas complexionis, vel arctatio mulieris: & hæc ſi eſt perpetua, vt in frigido, non ſolum impedit, ſed etiam dirimit matrimonium iam contractum. 33.q.1.ca.1.2.& cap. Laudabilem.extr.de frigid. & Malefic. Si verò eſt temporalis, vt in puero, tamdiu impedit quamdiu ineſt. De naturali tamen impotentia, quæ eſt in ſene, dicit Gloſ. in Can. Quod ſedem. quod benè poteſt contrahere. Secunda eſt accidentalis, vt caſtratio in viro, vel deſtructio matricis, aut alia ineptitudo in muliere, vel commune impedimentum per maleficium etiam impedit matrimonium, & dirimit contractum.

59 Et Sixtus V. in quadam Bulla emanata anno 1587. 27. Iunij, ait quod Spadones vtroque teſte carentes, cũ quibuſcunque mulieribus dictum defectum, ſiue ignorantibus, ſiue ſcientibus, nullum poſſint contrahere matrimonium: & qui ſic contraxerint ſeparentur, & ſic contracta matrimonia nulla, irrita, & inualida eſſe decernit. &c. vt in præfata Bulla, quæ habetur apud Stephanum Quaranta. in Summa Bullarij de impedimentis Matrimonij.

60 Superius de impedimento Erroris ommiſſi præſens dubium, quod nunc hic pono, & eſt tale: Quare in matrimonij impedimentis ponitur error, & non ignorantia? Reſpond. S.Thomas in 4.diſt.30.q.1.art.1. Quantum ad voluntarium ſunt idem; in alijs autem differunt: quia ignorantia non habet actum cognitionis, error autem ſemper habet aliquod iudicium cognitionis, quamuis peruerſum: vnde dicitur quod errare eſt aliud pro alio putare; & quia ignorantia non eſt ſufficiens impedimentũ, niſi cum errore adiuncto, eo quod actus voluntatis præſupponit iudicium voluntatis in quod fertur, & propterea error impedit matrimonium, vt cauſſa proxima: & non ignorantia, quæ eſt cauſſa remota.

61 Impedimenta non dirimentia ſunt Duodecim, vt ponit Nauarrus.

Primum eſt Interdictum, ideſt prohibitio facta à Superiori, ne contrahatur, vel non ſine tali re, veluti publicationibus.

Secundum Feriæ, ideſt prohibitio, ne in Quadrageſi-

ma,& Aduentu contrahatur.

Tertium ſponſalia, ideſt promiſſio facta alteri, quod ducet illum in maritum vel vxorem: qui enim promiſit ducere vnam non poteſt ducere aliam,ſed ſi ducat tenet matrimonium.

Quartum Cathechiſmus, ideſt ſi aliquis domi ob periculum Baptizatus à Sacerdote, cathechizetur publicè, vt ſuppleãtur ommiſſæ ſolemnitates: tenẽtes ad Cathechiſmum contrahunt impedimentum non dirimens cũ cathechizato,ac patre,& matre illius.

Quintum votum ſimplex, ſiue caſtitatis, ſiue Religionis,ſiue non nubendi.

Sextum Inceſtus,ideſt qui peccauit cum conſanguinea ſuæ vxoris,vel mariti, impeditur ducere, quamcunq; vxorem,vel maritum.

Septimũ, Vxoricidium,ideſt, qui occidit vxorem prohibetur in pœnam peccati ducere aliam.

Octauum Raptus ſpõſæ alterius, ideſt,qui rapuit ſpõſam alterius prohibetur ipſe quamcũque ducere ſponſã.

Nonum proprij filij de fonte doloſa ſuſceptio, ideſt ſi quis doloſè tenuit filium in Baptiſmo ad hoc vt inter ipſum,& coniugem orıretur affinitas ſpiritualis, per quam coniuges nõ poſſent nec petere,nec reddere debitũ, iſte prohibetur ne amplius poſſit contrahere matrimonium.

Decimum Præsbytericidium, ideſt qui occidit Præſbyterum,impeditur ducere quamcunque vxorem.

Vndecimum Pœnitentia ſolemnis Iniuncta.& facta: qui enim hanc habuit,prohibetur ducere vxorem.

Duodecimum Matrimonium ſcienter cum moniali, contractum,ideſt qui contraxit cum moniali, etiam illa mortua, vel relicta non poteſt quamcunque ducere vxorem.

61 Præfata impedimenta duodecim ponuntur etiã cauſſa memoriæ per infraſcriptos verſus videlicet.

Inceſtus,votum ſimplex,ſponſalia,tempus,
Alterius ſponſæ raptus,nec non Cathechiſmus,
Infantem proprium ad fontem, vel chriſma doloſè.
Portans,Præsbyteri,aut vxoris cede cruentus.

Pœni-

Pœnituit publicè, vel ſubiacet interdicto.
Coniugioque ſciens Sacra cum virgine vinctus.
Coniugio abſtineat, niſi ſit iam fortè ligatus.

63 Interrogatio, Committitur peccatum mortale in omnibus contrahendo contra illa? Respond. Caietanus ait committi ſolum in interdicto, in ferijs, in ſponſalibus, & in voto ſimplici, Caſtitatis Religionis, & non nubendi: in alijs ait non eſt mortale, & Epiſcopus poteſt diſpenſare in omnibus exceptis ſponſalibus, & voto ſimplici caſtitatis, & Religionis. Si autem votum eſſet non nubendi poſſet diſpenſare.

64 Quando matrimonium eſſet nullum ab aliquod impedimentum, quid debet facere confeſſarius? Reſpond. Si impedimentum vtrique coniugum notũ eſt, debet cõfeſſarius obligare, vt ſeparentur à thoro, & vt petant diſpenſationem, ſi ſperetur; vel alia ratione prouideatur; & quod non petant, nec reddant debitum, nec actus illicitos faciant. Si verò alter tantum ſciat, & impedimentum non poteſt detegi; imponendum eſt ſcienti, vt non petat debitum, & reddat quàm minus fieri poteſt. ex Ioanne Bellarino. vide etiam ſuper hunc caſum Io. Baptiſtam Corradum in ſuis Reſpon. q. 141. 1. par.

65 Nota, quod ab Aduentu Domini vſq; in diem Epiphaniæ, & à feria quarta cinerum, vſq; in octauam Paſchatis incluſiuè, prohibentur omninò ſolemnitates nuptiarum, primò, & actus copulæ carnalis. Secundò, & traductio Sponſæ in Domum ſponſi. Tertiò, & tranſgrediens quodcumque horum trium, mortaliter pèccat, ſecundũ omnes Doctores. ex Concilio Tridentino.

66 In Matrimonio eſt aliquod, quod eſt Sacramentũ tantum; vt conſenſus exterior per verba, aut nutus expreſſus. Aliud quod eſt res tantum, vt vnio Dei per gratiam, & animæ. Aliud quod eſt res, & Sacramentum, vt cõſenſus interior animorum. S. Bon. in centiloquio.

Et quia ſæpe Doctores, & Sacra Scriptura mentionem facit de coniunctis per propria nomina; vt ipſe quiſque intelligat ſub breui compendio inferius clarè demonſtrabo.

Nurus dicitur vxor filij, patri, & matri viri ſui.

Gener dicitur vir filiæ, Patri, & Matri vxoris ſuæ.

Socer dicitur prædictus Pater, &

Socrus prædicta Mater, dictis nurui, & Genero.

Nouerca dicitur ſecunda vxor, filijs ex alio Matrimonio viri.

Vitricus dicitur ſecundus vir, filijs ex alio matrimonio vxoris.

Priuigni, & Priuignæ dicuntur prædicti filij, & filiæ alteri copulato.

Patruus, & Amita ſunt frater, & ſoror patris.

Auunculus, & Matertera ſunt pater, & ſororMatris: & iſtis ſi additur magnus ſunt frater, vel ſoror, Aui, & Auiæ.

Patrueles, ſunt filij duorum fratrum, qui habent etiã Patruum, & Amitam.

Conſobrini ſunt filij duarum ſororum inter ſe, qui habent etiam Auunculum, & Materteram.

Amitini, & Amitinæ ſunt filij fratris, & ſororis inter ſe: & Agnati ſoli vocantur, qui paterna linea nobis coniunguntur.

Hæc ex ſumma Angelica Ver. Matrimonium in fine. Sicut, & ego facio finem iſtius capitis de Matrimonio.

De rebus Sacramentalibus.

Sacramentale, vt dicitur ex Sancto Thoma 3. par. qu. 65. artic. 1. Eſt omnis conſecratio, vel benedictio, vel ſignificatio ordinata ad aliquod Sacramentum, per ſe, ad illud idoneum reddendo, vel per accidens remouens prohibens. Et Sacramentalia ſunt, quibus ex inſtituto Eccleſiæ Sacramenta parantur, conficiuntur, & conſecrantur, at conſecratio Eccleſiæ, & Altaris, benedictio Aquæ, exorciſmi, Catechiſmi, &c. At dubium eſt, de iſtis Sacramentalibus, quam habeant virtutem remittendi venialia. Quidam enim ſunt, qui non alia habere cẽſeat, quàm quod deuotionem excitant ad dolorem venialiũ.

In contrarium tamen eſt,quod ſæpe, qui ſe aqua luſtrali aſpergit nullatenus excitatur, nec memoriam habet venialium:& è conuerſo ſi quis aquam non benedictam accipiat, quam putat eſſe benedictam, quia eſt in introitu Eccleſiæ,quamuis de venialium cogitet remiſſione, non obtinebit per huiuſmodi aſperſionem eorum veniam. Dicendum ergo eſt(inquit Sotus in 4.ſent. diſt.15.q.2.ar. 3.) Hæc habere vim remittendi venialia ex vi clauium Eccleſiæ,ex opere operato,vt patet ex verbis,quibus benedicitur aqua; alioqui non plus faceret dicere Credo, quàm Pater noſter;& aſpergi aqua non benedicta,quàm benedicta; nec benedici ab Epiſcopo, quàm a ſimplici Sacerdote. Vnde ad actionem dicendum, quod illa dimittunt veniale peccatum, quia inclinant animã ad motum pœnitentiæ,non quod ſemper requiratur illa excitatio, ſed quod de ſe ad hoc ſint inſtituta. Quare illa ſuſcipere tamquam per illum effectum ab Eccleſia accomodata cenſetur actus pœnitentiæ; quãuis in tunſione pectoris, Oratione dominica, & confeſſione generali expreſſior appareat pœnitentiæ imago.Hæc & plura Sotus vbi ſupra.

De Lege Diuina, Præceptis Dei, & Eccleſiæ, & De Regulis Iuris Canonici. Cap.XVII.

1 LEx,dicitur à ligando,ideſt obligando; vel à legendo ideſt dictando quid agendum ſit, vel quid publicè legatur.

Lex in generali ſic deſcribitur;eſt Sanctio Sãcta, præcipiens honeſtum, prohibensque contrarium. Alenſis.

Lex eſt,quadruplex: Prima eſt lex æterna,quæ eſt Diuina mens, ſeu voluntas ordinem naturalem ſeruari iubens,turbari vetans.

2 Secunda dicitur lex naturalis, quæ eſt quidam ſplendor à lege deriuatus æterna,& inditus creatis mentibus,

&

& ſecundum Scotum in 4.diſt.17. Aliquid dicitur dupliciter de lege naturæ: vno modo tanquam principia practicè nota ex terminis;vel concluſiones neceſſariò ſequẽtes ex eis:& hæc ſtrictiſſimè dicuntur de lege naturæ.Secundo modo dicitur de lege naturæ,& largè, id quod eſt verum practicum,conſonum principijs , & concluſionibus legis naturæ, in tantum quod ſtatim notum eſt, omnibus illud conuenire tali legi.

3 Tertia lex dicitur Diuina poſitiua, quæ eſt lex per Diuinam reuelationem accepta , ad regimen plurimorum pro fine Beatitudinis principaliter ordinata.Gersõ. Quæ ſecundum Scotum vbi ſupra,continetur in his,quæ ſunt in veteri,& nouo teſtamento.Et licet Gratianus in principio Decreti,vocet ipſam legem naturæ;limita eum,q̃d eſt verum prout eſt poſita ab auctore naturæ ; & diſtinguitur contra ius poſitum ab aliquo , qui non eſt auctor naturæ.

4 Quarta lex dicitur poſitiua,quæ eſt,ſecundum Gerſon, lex per ratiocinationem ex lege naturali deducta in cõſequentijs probabilibus,ad finem debitum humanæ creaturæ.Et dicitur poſitiua,ſecundum Scotum,quia ponitur ab hominibus.Multa enim Eccleſia ſtatuit, & Imperatores vltra ius diuinum , propter obſeruãtiam honeſtiorem in moribus , & propter reuerentiam maiorem in ſuſcipiendis Sacramentis,& adminiſtrandis. Vnde lex poſitiua tantum habet de rectitudine inquantum à lege naturæ deriuatur: ſi verò diſcordet ab ea, iam non erit lex, ſed corruptio legis. vt D.Auguſtinus dicit in prin. de lib. arb.Non videtur,inquit,eſſe lex,quæ iuſta non fuerit;vnde quantum habet de iuſtitia, tantum habet de veritate legis:& hoc eſt quod dicit. D. Iſidorus in Canon. Conſuetudo. diſt. 1. Lex erit omne quod ratione conſiſtit. Nam,ſecundum Franciſcum de Mayronis in 2. ſen. principia legis naturæ non poſſunt eodem modo applicari omnibus propter multam varietatem rerum humanarũ; ideo exinde prouenit diuerſitas legis poſitiuæ. Et ſecundum præfatum Franciſcum,lex poſitiua ſic deſcribitur, Eſt ars, honeſtè viuendi ligans hominem ad ſui obſeruã-

tiam,& aliter non eſſet lex niſi ligaret.
5 Præcepta legis naturæ ſunt Duo: Primum eſt, vt homo faciat alteri quod vellet ſibi fieri: Secundum, vt non faciat alteri, quod non vult ſibi fieri.
6 Eſt etiam alia lex, quæ dicitur priuata; quæ, ſecundũ Gerſon, eſt lex per diuinam reuelationem accepta ad regimen perſonæ ſingularis, vel paucorum: & dicitur lex Spiritus Sancti.
7 Præcepta Dei ſunt decem, vt patet Exodi 20. Capitulo, vbi dicitur. Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis.

1 Non habebis Deos alienos coram me.

2 Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nõ enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra.

3 Memento, vt Diem Sabbathi ſanctifices.

4 Honora Patrem tuum, & Matrem tuam.

5 Non occides.

6 Non mœchaberis.

7 Non furtum facies.

8 Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.

9 Non concupiſces domum proximi tui.

10 Nec deſiderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, nõ bouem, non aſinũ, nec omnia, quæ illius ſunt.

8 Præcepta affirmatiua ſunt, quæ exprimuntur per propoſitiones affirmatiuas; & hæc obligant ad ſemper, ſed non pro ſemper: & ſunt, vt patet ſupra, duo, ſcilicet de honore parentum, & de ſanctificatione Sabbathi. Ex S. Thom. 1.2.q.100.art.7. & omnem præceptum affirmatium, habet annexum præceptum negatium, 2.2.quæſt. 44.art.3. ad 3.
9 Præcepta negatiua ſunt, quæ exprimuntur per propoſitiones negatiuas; & iſta obligant ad ſemper, & pro ſemper, & ſunt octo.
Nota quod præfata præcepta Decalogi, tria ſunt pertinentia ad Deum, & ſeptem ad proximum: Prima, primæ tabulæ, & ſecunda ſecundæ tabulæ.

In-

Interrogatio, Quomodo peccatur cõtra Vnum quodque præceptum? Reſpon.

10 Contra primum, peccatur per hæreſim, Blaſphemiam, ſuperſtitionem, vanam obſeruantiam ſomniorum, incantationes, ſortilegia, breuia, ſuperbiam, accidiã, & ſimilia.

11 Contra ſecundum, peccatur per vanam aſſumptionẽ diuini nominis, turpem, & tranſgreſſionem votorum, ac promiſſionem.

12 Contra Tetium per omiſſionẽ Miſſæ in die feſto, laborando, & exercendo opera ſeruilia, faciendo mercatum, litigando ciuiliter, Iudicando ad pœnam, vel mortem, præſtando Iuramentum iudiciale, niſi faciat pro Pace, aut alia vrgenti neceſſitate, ommittendo Ieiunia, &c.

13 Contra Quartum, ſpernendo per irreuerentiam, aut inobedientiam quoſcunque ſuperiores, ſiue ſpirituales, ſiue temporales, contrafaciendo legibus, edictis, & ſtatutis, & non ſuccurrendo Parentibus.

14 Contra Quintum, peccatur per occiſionem, mutilationem, iniuſtam verberationem, odium, inuidiam, &c.

15 Contra Sextum, peccatur per Fornicationem, Adulterium, Stuprum, Sacrilegium, Inceſtum, Mollitiem, & alia contra naturam, tactus, & oſcula, & aſpectus turpes, ac colloquia praua, & per quemcunque alium actum carnalem, ſiue luxuriam.

16 Contra Septimum, per quamcunque iniuſtam acceptionẽ, furtum, vſuram, rapinam, luſum, iniuſtam exactionem, & participationem in prædictis quomodocunque, vt Iubendo, Conſulendo, &c. non ſolum rerum, ſed etiam honoris, & famæ.

17 Contra Octauum peccatur per falſum teſtimonium, murmurationem, detractionem, ſuſſurationem, falſam doctrinam, & conſilium.

18 Contra Nonum, peccatur per quodcunque inhoneſtũ deſiderium.

Contra Decimum, peccatur per Auaritiam, & quodcunque deſiderium damni proximi, tam fortunæ, quàm corporis, famæ, & Animæ.

Præceptum ſic deſcribitur, Eſt Iuſſio, vel imperium

faciendi aliquid, vel non faciendi.

19 Præcepta Eccleſiæ ſunt Decem; ſcilicet, Cuſtodire feſta, Audire Miſſam, Ieiunia obſeruare, Confiteri ſemel in anno, Communicare ſaltem in paſchate, Soluere decimas, Non comedere carnes certis diebus, Abſtinere à quibuſdam cibarijs in diebus ieiuniorum, Obſeruare tēpora in quibus interdictæ ſunt nuptiæ, Non petere debitum coniugale certis diebus, vel temporibus. Scrutin. Sacerd. at hoc vltimum eſt potius conſilium, quàm præceptum.

20 Conſilium, prout diuiditur contra præceptum, eſt perſuaſio melioris boni, ad quod non tenemur. Et differt cōſilium à præcepto, quia ad præcepta tenemur, ad conſilia verò non; & præcepta ſeruare eſt neceſſitatis, conſilia verò voluntatis.

21 Et conſilium eſt duplex, videlicet, perfectionis Matth. 19. Vade, & vende omnia, &c. & ſic non eſt peccatum facere contra. Aliud eſt conſiliū reuerentiæ, quod eſt, quādo ſubditus deberet facere, tamen ſuperior nō vult præcipere, ſed potius conſulere, vt abſtineat: & tunc eſt peccatum veniale: & de hoc cōſilio loquitur Scotus. in 2. diſtin. 21. q. 1. §. Dico ergo. quando dicit quod facere contra conſilium quis peccat venialiter: & non de primo conſilio, vt malè illi imponit Caietanus in 1. 2. q. 72. ar. 5.

Notula de Lege Canonica.

Lex Canonica eſt ordinatio rationis ad bonum commune Eccleſiaſticū totius orbis à Summo Pontifice promulgata. Syluester.

22 Nota, quod præfata lex aliquando vocatur Ius, ideſt iuſtum; & Canon, ideſt regula: Dicitur etiam Decretum, ideſt quod Papa ſtatuit de conſilio Dominorum Cardinalium nulla facta conſultatione, quod, & in ſcriptis redigitur. Dicitur etiam Decretalis, & eſt Epiſtola in qua Papa ad conſultationem alicuius reſpondet, ſiue ſolus, ſiue de patrum conſilio. ex Lexico Iuris.

23 Subiectum Iuris Canonici eſt duplex; ſecundum quod in ipſo agitur, & de rebus diuinis, vt de fide, & Sacramẽtis, & alijs, quæ continentur in Sacra Biblia: & de rebus humanis, vt de Iudicijs, Appellationibus, & huiuſmodi. Et quô ad primum habet Deum pro ſubiecto, ſicut Theologia, quia Ius Canonicum eſt quædam Theologia practica: at quantum ad ſecundum, habet pro ſubiecto hominem catholicum dirigibililem conſtitutionibus Eccleſiaſticis in bonum ſimpliciter mundanum; & diuinum. Et ſic patet quod Ius Canonicum non eſt ſcientia ſub alternãs, ſed ſub alternata; qa ſub alternatur Sacræ Theologiæ, quò ad primam partem, & Phyloſophiæ ethicæ, ſiue morali, quo ad ſecundã partem; vt dictum eſt. Ex Ioãne de Legnano, & Pelbarto in 3. Roſar. Theolog. ver. Arſ.

Ius Canonicum totum ſuum Corpus diſtinguitur in Quatuor libris ſcilicet, Decretum, Decretale, Sextum, & Clementinam.

24 Decretum diuiditur in tres partes: Prima continet cẽtum, & vnam diſtinctiones. Secunda continet cauſſas, 36. & quælibet cauſſa continet plures quæſtiones, & quælibet quæſtio capitula, & paragraphos: atque cauſſa. 33. q. 3. continet tractatum prolixum de pœnitentia ſpeciale. Tertia pars intitulatur de conſecratione, & habet quinque diſtinctiones, & capitula: & hic liber fuit Compilatus per Dominum Gratianum monachum. S. Benedicti, circa annum Domini 1150. ex Pelbarto vt ſupra.

25 Item liber Decretalinm, diuiditur in quinque libros habentes multos titulos in ſingulis, per quos allegantur quæcunque per capitula; antiquitus dicendo ſic, exempli gratia; extra de ſponſalibus, vel huiuſmodi, capitulo tali: & dicebatur extra, ſcilicet Decretum; ſed tamen à modernis dimittitur illud extra.

26 Similiter liber, qui dicitur Sextus, ſic appellatur quia ſequitur ad prædictos quinque libros Decretalium, cõpilatos per Sanctum Raymundum iuſſu. D. Gregorij huius nominis IX. Anno Domini 1230. Et præfatus Sextus habet titulos, ſed non omnes, & capitula eodem ordine ſicut Decretales, & fuit compilatus per D. Bonifa-

cium VIII. Anno Domini 1300. vel circà.

27 Item eſt alter liber qui vocatur Clementina, vel Septimus, & habet titulos, ſed non omnes, ſecundum ordinem Decretalium, qui fuit compilatus poſt modicum à compilatione Sexti, à Cleméte V. & à Ioanne XXII. fuit promulgatus.

28 Præterea reperiuntur quædã Conſtitutiones Eccleſiæ, quæ non ſunt in corpore iuris, & ideo dicuntur extrauagantes, quæ, poſtquam promulgatæ ſunt, ligant; ſicut etiam quæ habentur in corpore iuris, præcipuè cũ ſciuntur. ex Pelbarto.

Sequuntur Regulæ Iuris Canonici exceptæ, ex prima ſumma Sancti Antonini Florentini, ſecundum Ordinem Alphabeti.

1 Acceſſorium naturam ſequi congruit principalis.

2 Actus legitimi conditionem non recipiunt, neq; diẽ.

3 Beneficium Eccleſiaſticum non poteſt licitè ſine inſtitutione obtineri.

4 Bona fides nõ patitur, vt ſemel exactũ iterũ exigatur.

5 Cum ſunt partium iura, reo fauendum eſt potius quã actori.

6 Cum quis in ius ſuccedit alterius, iuſtam ignorantiæ cauſſam cenſetur habere.

7 Cum quid prohibetur, prohibentur omnia quæ ſequuntur ex illo.

8 Cui licet quod plus eſt, licet vtiq; quod eſt minus.

9 Contra eum, qui legem dicere potuit, apertius eſt interpretatio facienda.

10 Cum non ſtat per eum ad quẽ pertinet, quominus cõditio impleat, haberi debeat, pinde ac ſi impleta fuiſſet.

11 Cum quid via prohibetur alicui, ad id alia via admitti non debet.

12 Cõtractus ex cõuentione legẽ accipere dignoſcuntur.

13 Certum eſt, quod is committit in legẽ, qui legis verba complectens contra legis nititur voluntatem.

14 Decet conceſſum à Principe beneficium eſſe manſurũ.

15 Dubia

15 Dubia ſunt in meliorem partem interpretanda, ſcilicet ea facta vnde dubium eſt, quo animo fiant.
16 Defleat peccator, quia offendens in vno factus eſt omnium reus.
17 Dolo facit, qui petit quod reſtituere oportet eundem.
18 Damnum quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, nō alteri imputare.
19 Delictum perſonæ non debet in detrimentum Eccleſiæ redundare.
20 Ea, quæ fiunt à Iudice, ſi ad eius non ſpectant officium viribus non ſubſiſtunt.
21 Eum, qui certus eſt, certiorari vlterius non oportet.
22 Ex eo non debet quis fructū conſequi, quod niſus extitit impugnare.
23 Exceptionē obijciens non videtur de intentione aduerſarij conſiteri.
24 Factum legitimè retractari non debet, licet caſus poſtea eueniat, à quo non potuit inchoari.
25 Fruſtra ſibi fidem quis poſtulat ab eo ſeruari, cui fidē à ſe præſtitam ſeruare recuſat.
26 Generi per ſpeciem derogatur.
27 Homagiū indignū eſt, & à Romana Eccleſia alienū, vt pro ſpiritualibus facere quis homagium compellatur.
28 In dubijs tutior via eſt eligenda.
29 In Iudicijs non eſt acceptio perſonarum habenda.
30 Ignorantia facti, non iuris, excuſat.
31 Ignorantia præſumitur vbi ſcientia non probatur.
32 Indultum à Iure beneficium nemini eſt auferendum.
33 In obſcuris minimum eſt ſequendum.
34 Inſpicimus in obſcuris, quod eſt veriſimilius, vel quod plerumq; conſueuit fieri.
35 In pœnis benignior eſt interpretatio facienda.
36 Imputari non debet ei, per quem non ſtat, ſi nō faciat quod per eum fuerat faciendum.
37 Is, q in ius ſuccedit alteri, eo iure, quo ille, vti debebit.
38 In re communi potior eſt conditio prohibentis.
39 In malis promiſſis fidem non expedit obſeruari.
40 In alternatiuis debitoris eſt electio, & alterum adimpleri.

41 In Pari delicto, vel cauſſa, potior eſt cõditio poſſidẽtis.
42 In argumentum trahi nequeunt, quæ propter neceſſitatem aliquando ſunt conceſſa.
43 In toto non eſt dubium partem contineri.
44 In generali conceſſione non veniunt, quæ quis non eſſet veriſimiliter conceſſurus in ſpecie.
45 Infamibus portæ non pateant dignitatum.
46 Lucupletari non debet aliquis cum alterius iniuria, vel Iactura.
47 Mora ſua cuilibet eſt nociua.
48 Mutare conſiliũ quis non poteſt in alterius detrimẽtũ.
49 Non eſt in mora qui pot exceptionẽ legitimã ſe tueri.
50 Nemo poteſt ad impoſſibile obligari.
51 Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet.
52 Non firmatur tractu temporis, quod de iure ab initio non ſubſiſtit.
53 Nullus vti pluribus defenſionibus prohibetur.
54 Non debet aliquis alterius odio prægrauari.
55 Non licet actori, quod reo licitum non exiſtit.
56 Non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum.
57 Non poteſt eſſe iuſta excuſatio Paſtoris, ſi lupus oues comedit, & paſtor neſcit.
58 Non eſt obligatorium contra bonos mores præſtitum Iuramentum.
59 Nullus ex conſilio, dummodo fraudulentum non fuerit, obligatur.
60 Nemo poteſt plus Iuris transferre in alium, quã ſibi competere dignoſcatur.
61 Odia reſtringi, & fauores conuenit ampliari.
62 Omnis res per quaſcunque cauſſas naſcitur per eas diſſoluitur.
63 Poſſeſſor malæ fidei vllo tempore non præſcribit.
64 Pro poſſeſſore habetur, qui dolo deſijt poſſidere.
65 Peccatum non dimittitur niſi reſtituatur ablatum.
66 Peccati venia non datur niſi correcto.
67 Priuilegium perſonale, perſonam ſequitur, & extinguitur

guitur cum perſona.

68 Pluralis loquutio duorum numero eſt contenta.

69 Plus ſemper continet in ſe, quod eſt minus.

70 Poteſt quis per alium quod poteſt facere per ſe ipſum.

71 Qui occaſionē damni dat, damnum dediſſe videtur.

72 Quod non eſt licitum in lege, neceſſitas licitum facit.

73 Qui facit per alium eſt per inde ac ſi faciat per ſeipsū.

74 Quod ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt.

75 Quod quis mandato Iudicis facit, dolo facere non videtur, cum habeat parere neceſſe.

76 Quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ſunt ad conſequentiam trahenda.

77 Quod alicui gratiosè conceditur trahi non debet ab alijs in exemplum.

78 Quod ob gratiam alicui conceditur, non eſt in eius diſpendium retorquendum.

79 Qui prior eſt tempore, potior eſt iure.

80 Quod alicui non ſuo licet nomine, nec alieno licebit.

81 Quæ cōtra ius fiunt, debēt vtique pro infectis haberi.

82 Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

83 Qui ſentit onus, ſentire debet & commodum: & è cōtrario.

84 Qui ad agendum admittitur, ad excipiendum multò magis admittendus eſt.

85 Qui contra iura mercatur, præſumitur bonam fidem non habere.

86 Quod latenter, vel per vim, vel alias illicitè introductum eſt, nulla debet ſtabilitate ſubſiſtere.

87 Quidquid in ſacratis Deo rebus, & Epiſcopis iniuſtè agitur, pro Sacrilegio reputatur.

88 Qui ex timore facit præceptum, aliter facit quàm debeat, & ideo iam omnia non facit.

89 Rationi congruit vt ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore.

90 Ratum quis habere non poteſt quod ipſius nomine nō eſt geſtum.

91 Ratihabitionem retrò trahi, & mandato non eſt dubium computari.

92 Siue

92 Sine poſſeſſione præſcriptio non procedit.
93 Semel malus ſemper præſumitur malus.
94 Sine culpa, niſi ſubſit cauſſa, non aliquis puniendus.
95 Scienti, & conſentienti non fit iniuria, neq; dolus.
96 Semel Deo dicatum, non eſt ad vſus humanos vlterius transferendum.
97 Tacere, qui tacet conſentire videtur.
98 Tacet is, qui non fatetur, ſed nec vtiq; negare videtur.
Vtilius ſcandalum naſci permittitur, quàm veritas relinquatur.
99 Vtile non debet per inutile vitiari.
Expoſitionem copioſiſſimam dictarum Regularum vide, ſi placet, apud præfatum S. Antoninum, & Dynũ Doctorem excellentiſſimum, qui confecit librum vnum de præfatis Regulis Iuris.

Notula de Iure Ciuili.

29 Lex ciuilis, ſiue humana deſcribitur vbi ſupra in principio huius capitis: & ipſa lex diuiditur, quantũ ad totũ ſuum corpus, in quatuor libros, quò ad allegationes, ſcilicet Codicem, Digeſtum, Inſtitutam, & Authenticam: & quæ in eis notantur, allegantur per nomen libri, per titulos, per leges, & per paragraphos.

30 Paragraphus, vt dicitur in libro Chatolicon, eſt nota, quæ apponitur ad ſeparandas res à rebus, quæ in contextu cõcurrunt: & dicitur à para, quod eſt iuxta, & graphia, quod eſt ſcriptura: Vel paragraphus, ſecundũ Calepinum, eſt linea in longum protenſa, & figuratur, ſiue ſcribitur ſic. §. à Legiſtis.

31 Nota, quod liber Digeſtorum ſcribitur abbreuiatè per duplex ff. quia ille fuit digeſtus ſecundariò per duos Fedéricos Imperatores.

32 Vtrum autem Leges ciuiles obligent homines in foro cõſcientiæ ad obſeruantiam neceſſariò, ita quod transgrediens peccet mortaliter. dicit S. Antoninus in 1. part. ſummæ cũm S. Auguſtino diſt. 9. Can. Imperatores. quod obligant, ſi ſunt iuſtæ: præcipuè quãdo quis ſcienter tráſgredi

greditur,& ex contemptu;quia, vt S. Bernardus ait libr. de Diſpenſ. & præcept. contemptus vbique damnabilis eſt.Ad hoc vide Armillam.verb.Conſtitutio.§.7. vbi dicit quod obligat ad mortale, quando imponitur pœna mutilationis, mortis, vel alterius grauis pœnæ;cum ſint iſta contra charitatem ſui ipſius.

33 Leges Laicorum nullam habent vim obligandi Clericos:ſi tamen non ſint contra Sacros Canones,& ſint fauorabiles,& priuilegiatiuæ, vel ipſi naturali rationi, & Iuſtitiæ innitantur,ſeruandæ ab eis ſunt, vt lex de ſeruãdo certo iuſto pretio rerum,& ſimiles.vid.Nauar. ca.13. nu.88.& 27.num.115.

34 Non omnes caſus permiſſi ſecundum leges Imperiales ſunt liciti,ſecundum conſcientiam.Can.Lege. diſtin. 10. vt occidere, Adulterati;tenere concubinam,& alij caſus multi, quos cauſſa breuitatis non pono. vide Tabienam ver.Lex.§.29.

35 Notandum etiam,ſecundum.S.Antoninum vbi ſupra; quod lex ciuilis prior eſt tempore lege Canonica; quia cœpit à tempore Moyſi,vel circa; ſed lex Canonica cœpit à tempore Apoſtolorum, quando Apoſtoli fecerunt conſtitutionem,vt fideles abſtinerent à fornicatione, & idolotytis,&c. Actorum 15. tamẽ lex Canonica prior eſt dignitate,& auctoritate, quàm ciuilis; quia lex Ciuilis debet ſequi Canones:ſi autem contriatur,nullius eſt momenti.diſtin.10. per plura cap. Vide ad hoc in principio Capitis 19.infra.

36 Conſuetudo,vt dicitur in Angelica, eſt quoddam ius aſſiduis actibus inſtitutum,quod pro lege ſuſcipitur, cũ lex deficit.

37 Nota quod quinq; requiruntur de neceſſitate ad hoc quod conſuetudo habeat vim legis: primum quod ſit rationabilis.Secundũ,qđ mores,& actus hominũ,per quos introducitur,ſint tales,qđ probabiliter arguant cõſensũ populi illius,qui poteſt facere conſuetudinem. Tertium, eſt vt ſit introducta ex certa ſcientia, & non per errorẽ. Quartum eſt, quod maior pars populi ſit vſa illa cõſuedine.Quintum eſt tẽpus debitum ſcilicet.x.annor.Ange.

De fide & alijs virtutibus. Cap. XVIII.

Fides eſt, ſecundum Diuum Apoſtolum ad Hebræos. 11. ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum nõ apparentium.

1 Item, ſecundum Cathechiſmum, Fides eſt virtus, per quam id ratum habemus, quod à Deo traditum eſſe Sanctiſſimæ Matris Eccleſiæ authoritas, cõprobauit. vel, eſt virtus per quã aſſentimur ijs, quæ tradita ſunt diuinitus.

Item D. Auguſtinus dicit, Fides eſt virtus, qua creduntur ea, quæ non videntur.

2 Item, ſecundum Toletum, Fides eſt aſſenſus eorũ, quæ per Spiritum Sanctum Eccleſiæ reuelata ſunt, quatenus à Spiritu Sancto ſunt.

3 Fides accipitur decem modis: aliquando accipitur pro ſpõſione; 1. ad Thim. 5. Primam fidem irritã fecerunt. Aliquando pro fidelitate; Ieremiæ 7. Perijt fides, & Sanctus de terra. Aliquãdo pro conſcientia. Rom. 14. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Aliquando pro Sacramento fidei; Auguſtinus, Paruulos habere fidẽ non eſt aliud quã fidei habere Sacramentum. Aliquando pro acceptione cõcluſionis per rationem probatæ; & ſic dicit Boethius, Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. Aliquãdo pro cognitione comprehenſionis. Rom. 1. Iuſtitia Dei reuelabitur ex fide in fidem, Gloſ. in fidem ſpeciei, quæ fides dicitur, quia fidentiſſima, & certiſſima eſt. Aliquando pro habitu fidei informis; Iacobi 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Aliquando pro habitu fidei formatæ, & ſic dicit D. Auguſtinus, Fides eſt credere quod non vides. Vltimò pro obiecto fidei; vnde dicitur in ſimbolo, Hæc eſt fides Catholica, &c. S. Bon. in centiloquio.

4 Nota quod fides Catholica credit Deũ, & credit Deo, & credit in Deum. Credere Deũ, eſt credere ipſum eſſe. Credere in Deum, eſt credendo Deum amare, & amando in eum ire, ac membris eius incorporari. Credere autem Deo, eſt credere verbis eius. Primum, & tertium bonorũ,

&

& malorum eſt:ſed ſecundũ bonorũ tantum.S.Bon.ſupr.

5 Articulus fidei eſt indiuiſibilis veritas,arctans nos ad credendum.

Articuli fidei ſunt duodecim reſpectu Apoſtolorũ,ſed quatuordecim reſpectu credendorum: quorum ſeptem pertinent ad Diuinitatem, & ſeptem ad Humanitatem.

6 Quò ad Diuinitatem.

Primus eſt,vnũ Deũ eſſe; q ibi notatur,Credo in Deũ.

Secũdus eſt,PatremDeũ eſſe;ibi Patrem omnipotenté.

Tertius eſt,Deũ filium eſſe;ibi.Et in Ieſũ Chriſtũ, &c.

Quartus eſt, Deum Spiritum Sanctum eſſe; ibi, Credo in Spiritum Sanctum.

Quintus eſt,credere remiſſionem peccatorum, ijs qui ſunt in Eccleſia:ibi,Sanctam Eccleſiam Catholicam,Sãctorum communionem,remiſſionem peccatorum.

Sextus,credere mortuorum reſurrectionem.

Septimus eſt,credere bonorũ remuneratioñé;ſub quo comprehenditur malorum punitio; ibi, vitam æternam.

Primum articulum,& ſecundum poſuit Petrus:Tertiũ Andreas:Quartum Bartholomeus:Quintum Simon Taddæus:Sextum,& ſeptimum Matthias.

7 Articulus primus Humanitatis Chriſti eſt,credere filiũ Dei eſſe conceptum de Spiritu Sancto: ibi, Qui conceptus eſt,&c.

Secundus eſt,credere filium Dei natum ex Virgine Maria:ibi,Ex Maria Virgine.

Tertius eſt,filiũ Dei pro nobis mortuum in Cruce:ibi, Paſſus ſub Põtio Pilato,Crucifixus,mortuus,& ſepultus.

Quartus eſt, filium Dei deſcendiſſe ad Inferos ſecundum animam:ibi,Deſcendit ad Inferos.

Quintus eſt,filium Dei reſurrexiſſe à mortuis: ibi, Reſurrexit à mortuis.

Sextus eſt,eundem aſcẽdiſſe ad patris æqualitatẽ: ibi, Aſcendit ad Cœlos,ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

Septimus eſt,filium Dei Iudicaturũ viuos,& mortuos, ſiue bonos,ſiue malos: ibi, Inde venturus eſt iudicare viuos,& mortuos.

Primum

Primum articulum de humanitate Chriſti poſuit Iacobus maior, Secundum, & tertium Ioannes, Quartum Thomas, Quintum Matthæus, Sextũ Iacobus minor, Septimum Philippus. S. Bon. in centiloquio.

8 Eſt notandum ſecundum Alexandrum Alenſem in tertia par. ſummæ, quod duodecim Apoſtoli volentes poſt Aſcenſionem Domini, & receptionem Spiritus Sancti per diuerſas mundi partes ad prædicandum Chriſti fidẽ proficiſci, ſecundum quod illis fuerat dictum; Euntes in vniuerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ, &c. Matthæi 28. prius compoſuerunt ſymbolum fidei, ideſt, credo paruum, in quo poſuerunt articulos fidei, vt dictum eſt; & credendum eſt, quod Beata Virgo Maria eſſet præſens, & reſideret in medio eorum, tanquã eorum magiſtra.

9 Symbolum eſt collectio articulorum fidei: & dicitur à Syn, quod eſt, con, & bolus, morſus, quia quilibet Apoſtolorum poſuit morſellum, ideſt articulum.

10 Tria ſunt ſymbola; Primum Apoſtolorum, Secundum Niceni Concilij, Tertium Athanaſij. Primum ad fidei inſtructionem, Secundum ad fidei explanationem, & Tertium ad fidei defenſionem.

11 Credere in Deum eſt neceſſarium omnibus habentibus vſum liberi arbitrij: qui non credit eſt in mortale, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo.

12 Credere Articulos fidei explicitè, maximè illos, qui ſolemnizantur in Eccleſia, omnes chriſtiani ſub præcepto tenentur; vt Myſterium Trinitatis, & vnitatis, Incarnationis, Paſſionis, & huiuſmodi: alia autem implicitè, ſed magis, & minus, ſecundum perſonarum qualitatem; ſecũdum D. Thomam. 2. 2. q. 2. art. 7. & S. Bonauent. in 3. Sen. diſtin. 25.

13 Scotus tamen in 3. diſ. 25. q. 1. dicit, loquendo de Articulo vnitatis, & trinitatis, Deum non obligare ad impoſſibile. Vnde, ſi eſſet aliquis rudis, qui non poſſet concipere hunc articulum diſtinctè, ſicut literati, ſufficit, quod ille credat, quod Eccleſia credit.

14 Quilibet habens in Eccleſia officium docendi, vt Prælati.

lati, Sacerdotes, Doctores, Prædicatores, tenentur credere explicitè, totalem diſtinctionem articulorum, ſecũdum ſubſtantiam; non autem alij, ſecundum. D.Thoma. de ver.q.14.art.11.

15 Nullus poteſt excuſare, ſi non credit, quia non habet inſtructorem; quia ſi faceret, quod in ſe eſt, Deus qui non deficit in neceſſarijs, mitteret inſtructorem aliquem; ſed quia non facit, quod poteſt, ideo peccat; & ſic, ſi nõ credit, imputetur ſibi; quia poſuit obicem peccando, & non faciendo, quod facere debuit. S.Thom. ad Rom.c.11.lect. 3. Richardus tamen in 3.diſt.25. dicit; quod illi, quibus Chriſtus, nec per ſe, nec per alium, nec per inſpirationẽ loquutus eſt, quia tales non tenẽtur credere explicitè, niſi id, quod credebatur in lege naturæ. & hoc dicit Nicolaus Lyranus exponens illud ad Hæbreos.11. Accedẽtem ad Deum oportet credere, quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator. Iſta, inquit, duo credere ſcilicet Dei vnitatem, & eius æternam remunerationem, fuit ſemper neceſſarium ad ſalutem apud omnes; nec plus requirebatur ad ſalutem Gentilium; quia nullam Legem receperunt à Deo, niſi legem naturæ, in quo implicitè cõtinetur fides mediatoris; quia qui credit vnum Deum remuneratorem inquirentium ipſum, credit ipſum habere prouidentiam de ſalute hominum, licet modum huius prouidentiæ explicitè non cognoſcat. Modus autem per quem prouidit ſalutem hominum, eſt per Incarnationis myſterium. Hæc Lyranus.

16 Quare in ſymbolo non ponitur quod Chriſtus ſit, vel fuerit Baptizatus, aut trãsfiguratus, cũ multis alijs? Reſp. cum Alexandro Alenſi.in 3.p.Summ. qđ in præfato ſymbolo ſolum ponuntur videlicet, quod Chriſtus eſt natus, Conceptus, Paſſus, mortuus, & non cœteri, & quia iſti ſunt difficiliores; crediti ergo iſti faciliter creduntur, & alij; & ſic non ponuntur.

17 Spes eſt certa expectatio futuræ Beatitudinis, ex Dei gratia, & meritis præcedentibus proueniens. S. Auguſt.

Spes conſiſtit in hoc qđ homo innitens auxilio diuino confidit benè agendo ad æternã Beatitudinẽ peruenire,

18 Differentia eſt inter fidem, & ſpem; quia fides eſt bonarum rerum, & malarum: ſpes eſt tantum bonarum. Eſt etiam fides rerum præteritarum, præſentium, & futurarum; ſpes tantum futurarum. Item fides eſt rerum propriarum, & alienarum; ſpes eſt ſolummodo propriarum.

19 Charitas eſt Dilectio, qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum, vel in Deo.

Et charitas ſecundum Apoſtolum 1. Thim. 1. ſic deſcribitur; eſt finis præcepti de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.

Item, ſecundum Toletum, charitas eſt, amicitia hominis ad Deum ſuper naturalis.

20 Ex charitate quatuor ſunt diligenda; videlicet, vnum quod ſupra nos eſt, ſcilicet Deus; Secundum, quod nos ſumus; Tertium, quod iuxta nos, ſcilicet proximus; Quartum, quod infra nos eſt, ſcilicet corpus humanum.

21 Vel, primò Deum: Secundò nos metipſos: Tertiò parentes: Quartò filios: Quintò fratres: Sexto domeſticos: Vltimò inimicos diligamus. Matth. 5. ex S. Ambroſio. ſimpliciter tamen debemus diligere plus Parentes, quàm filios: licet aliquo modo ſit è conuerſo, vnde filio magis debemus prouidere, & Patrem magis honorare, & ſimpliciter magis Patrem quàm Matrem; & Parentes magis quàm vxorem, quantum ad bonum, quod eis volumus, & è conuerſo quantum ad intentionem volendi, propter maiorem coniunctionem; & magis benefactorem ſuum, quàm beneficiatum à ſe, quantum ad bonum volitum, ſed è conuerſo quantum ad intentionem volendi ratione iã dicta. S. Thom. 2. 2. & 3. ſent.

22 Charitas ſemel habita poteſt amitti in via, & aliter tenere eſt, erroneum; quia charitas non tollit vertibilitatem. 1. cor. 10. Qui ſtat videat ne cadat: & amittitur per peccatũ mortale ſolũ, per q̃d voluntas auertitur à Deo.

23 Charitatem omnes tenentur habere ſub præcepto, ſecundum S. Thom. virt. q. 23. art. 7. Amando Deum ſuper omnia, & proximum, ſiue amicum, ſiue inimicum, ſicut ſe ipſos, ideſt ad eundem finem vitæ æternæ; etiã peccatores, & infideles; non quò ad peccatum, ſed quò ad natu-

ram,

ram,& ſecundum quod nobis vitæ æternæ ſocij eſſe poſſunt; & eis tenemur opera pietatis exhibere in articulo neceſſitatis, & ſemper animum paratum habere ad eis ſubueniendum in tali articulo.

24 Item, eis exhibere ſigna amoris in communi; vt quando pro alijs oramus, vel aliquod beneficium communiter exhibetur, eos non excludamus; hoc enim pertinet ad liuorem vindictæ, quæ prohibetur. Leuitici. 19. vbi dicitur; Non eris memor iniuriæ ciuium tuorum, hoc enim eſſet mortale.

25 Particulare autem ſignum, non tenemur exhibere, niſi in articulo neceſſitatis extremæ, prout dictum eſt: vt loqui cum inimico, vel reſpondere, ſeu familiariter conuerſari; niſi quando propter hoc graue ſcandalum orire-tur. Immò quandoque bonum eſt eis non loqui, vt humilientur, & ſe recognoſcát, dummodo tollatur rancor de corde, & ſit debita animi præparatio.

26 Petenti autem veniá verè, & non ſimulatè, parcendum eſt; non tamen tenemur remittere actionem iuris, contra iniuriantem, niſi pro iniuria ſatisfiat, vt ſi diffamauit, vel accuſauit falſo, &c. ex ſumma Armilla poſt S. Thom.

27 Ex ſupradictis patet, quod iniuriatus, tenetur dare pacem, etiam in ſcriptis, inimico, quærenti illam; dummodo petat veniam, & ſatisfaciat quantum poteſt ad arbitriũ boni viri: & hoc maximè habet locum, vbi eſt conſuetũ dare pacem ſcripto, & non aliter; ſicut paſſim ſeruatur in Italia, aliàs non; & ſic fuit determinatũ à multis Theologis Bononiæ, ad præſentiam Reuerẽdiſſimi, & Illuſtriſſimi Cardinalis Paleotti, vt eſt videre in libro de caſibus diſputatis Bononiæ. &c.

28 Virtus in generali, eſt bona qualitas mentis, qua benè viuitur, qua nullus malè vtitur, quam Deus in nobis operatur. S. Auguſtinus.

Virtutes ſuperius immediatè poſitæ dicuntur Theologicæ, quia à Deo nobis ſupernaturaliter infunduntur, quæ etiam neceſſariæ ſunt ad ſalutem: & dicuntur Theologicæ ideſt Diuinæ à Theos, quod eſt Deus, & logos; qđ eſt ſermo; quia principaliter ſunt ad Deum.

29 Correctio fraterna, eſt admonitio fratris de emendatione delictorum, ex fraterna charitate.

Nota quod fratrem corripere quandoque eſt conſiliũ, vt quando corripitur ſuper venialibus · quando eſt præceptum, vt corripere de mortalibus: & iſto ſecundo modo ad omnes pertinet, etiam infideles, & obligat ſemper vt præceptum affirmatiuum, quia pro loco, & tempore, ſcilicet, quãdo vacat, & licet, & videt quod vtilis ſit correptio. Sciendum eſt, quod triplex eſt correptio ſcilicet, amoris, timoris, & pudoris. Hunc ordinem fraternæ correptionis docet Dominus in Euangelio Matth. 18. primo enim innuit fratrem reuocandum eſſe amore, cum iubet eum ſingulariter corripere, dicens, corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Sed ſi hoc nõ valet, docet eum eſſe reuocandum timore, vbi ait; ſi te non audierit adhibe vnũ, vel duos tecum. Et ſi hoc non valuerit docet eum eſſe reuocandum pudore, vbi dicit; ſi nec illos audierit, dic Eccleſiæ: ſi autem Eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut, ethnicus, & publicanus, ideſt excommunicari debet, & ſic euitari. Sanè prædictus ordo fraternæ correptionis intelligitur tantũ de criminalibus; quia de culpis communibus ſolet clauſtrales ſe in ſuis capitulis accuſare, nõ præmiſſa admonitione. veruntamen accuſans aliũ, caueat diligenter, ne hoc faciat ad diffamandũ, ſed ad corrigendũ; qm̃ ſi qs ex deliberatione contrariũ faceret, mortaliter peccaret. Hæc ex Comp. Theologicæ verit. lib. 5. c. vlti. virtualiter.

De Gratia.

30 Gratia generaliter accepta, dicitur adiutorium Diuinum creaturæ liberaliter impenſum gratis, ad quemcunque actum indifferenter.

Gratia diſtinguitur in gratiam gratis datam, & in gratiam gratum facientem. Gratia gratis data eſt adiutoriũ diuinitus datum, vt quis præparet ſe ad ſuſcipiendũ Spiritus Sancti donum, quo perueniat ad ſtatum meriti.

Vel Gratia gratis data eſt manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem. 1. Cor. 12.

31 Gratia gratis data accipitur cõmuniſſimè, vel largiſſimè

mè pro quolibet dono nobis collato à Deo: quomodo ét dona naturæ, ſicut ingenium, mentis perſpicacitas, bona memoria, pulchritudo, &c. omnes concurſus quo Deus concurrit ad omnes actus naturales omnium creaturarum, qui dicitur concurſus generalis Dei, ſiue auxilium generale dicitur gratia: & hoc modo concurrit Deus in motu progeſſiuo hominis, & animaliũ brutorũ, & ædificatione domorũ, & ad ea, quæ ad naturalẽ ſinẽ hominis ordinantur: & hic concurſus vocatur ét cõmunis influẽtia Dei, quæ omnia dicuntur largiſſimè gratiæ: ſicut, & auxiliũ naturale, quod datur à Deo homini in creatione.

32 Alio modo accipitur dicta gratia, pro quolibet dono ſuper addito naturæ; vt ſunt fides, prophetia, &c. de quibus Apoſtolus. 1. Cor. 12. diuiſiones gratiarũ ſunt. Et hoc modo eſt auxiliũ ſup naturale, quo Deus iuuat hominẽ ad ea, quæ ſupra naturã ſunt, qđ quidẽ auxiliũ requiritur ad conuerſionẽ peccatoris, & vocatur auxiliũ ſpeciale.

33 Nota, qđ gratia gratis data differt in multis à gratia gratificante: & primò quia gratia gratis data poteſt ſtare cum peccato mortale, & gratificans non. Secundò differt, quia gratia gratificãs eſt habitus permanens; & gratis data non eſt habitus permanens, ſed quædam motio ſpecialis, ſiue inſtinctus Spiritus sãcti. Tertiò, differt, quia nemo poteſt ſcire ſe habere gratiam gratificantẽ, & gratis datam ſic: vnde nemo eſt, qui non habeat ipſam etiam ſi ſit infidelis. Quartò, differt, quia gratificans non eſt ſine nobis, & gratis data ſiue nobis: vnde propheta; Conuerte, & cõuertemur. Hæc ex multis Doctoribus, & præſertim. S. Thom. & S. Bonau.

34 Gr̃a gratũ faciẽs eſt forma à Deo data gratis ſine meritis, gratũ faciẽs habẽtẽ, & opus eius bonũ reddẽs. S. Bon.

Nota, qđ licet gratia à Deo detur gratis, illa tñ quæ nõ facit hominẽ gratũ Deo, retinet nomẽ cõe: Alia verò, quæ addit aliqd ad ipsã, cũ faciat hominẽ dignũ vita æterna, hẽt nomẽ ſpeciale; & ſic dr̃ gratia gratũ faciẽs. S. Thom.

35 Gratia gratum faciens diſtinguitur in operantem, & cooperãtem. Gratia operans dicitur præueniens, & incipiens, ac liberãs; quia peccatum expellit. Gratia coop e-

rans dicitur, ſubſequens, & perficiens, ac adiuuans; quia liberum arbitrium adiuuat, & ei cooperatur in merito ſumitur etiam quandoq; gratia præueniens pro gratia gratis data; gratia autem ſubſequens pro gratia gratum faciente. Compend. Theolog.

36 Liberum arbitrium non poteſt ſe diſponere ad gratiã gratum facientem, niſi per aliquam gratiam gratis datã: comprehendendo ſub gratia gratis data non tantum aliquod habituale donum naturalibus ſuper additum, cuius modi eſt timor ſeruilis; vel pietas aliquorum viſceribus ab infantia inſerta; ſed etiam Spiritus Sancti aliquã ſpecialem motionem factam per ſe immediatè, vel mediante creatura. Ad hoc enim non ſufficit generalis motio primi mouentis, quem ſupponit quælibet actio creaturæ: vnde Ioan. 6. dicit Saluator, Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, trhaxerit eum.

37 Sine autem gratia aliquo modorum prædictorum accepta, vix, aut nunquam aliquis habens vſum liberi arbitrij reperitur. Vnde notandum, quod licet ad meritoriè operandum, & beatitudinem attingendam non poſſit fieri præparatio voluntatis ſine habituali dono, gratiæ gratum facientis, præparatio tamen ad ipſam gratiam gratum facientem fieri poteſt ſine alia gratia habituali ſimilis ſpeciei, non tamen ſine aliqua gratia gratis data, nec ſine auxilio gratuito Dei, intellectum mouentis. Prima pars patet; quia gratia gratum faciens eſt principium merendi. Secundam partem probat. S. Thomas. quia ſic procederetur in infinitum. Nec obſtat ſupradictis illud Prouerb. 16. Hominis eſt præpare animum. & Zachariæ. 11, Conuertimini ad me, dicit Dominus, quia: Reſpon. ad primam: quod pro tanto dicitur, quod hominis eſt præpare animam quia illam præparationẽ facere poteſt per liberum arbitrium, ſuper naturaliter tamen adiutus modo ſupradicto ſcilicet per diuinum auxilium. Ad ſecundam auctoritatem dico, quod iubet Deus hominem conuerti ad ſe, non quia hoc poſſit homo niſi preuentus diuino auxilio: vnde Hyeremiæ. vltimo conuerte nos domine ad te, & conuertemur; ſed vt homo præuentus di-

uino

uino auxilio cooperetur per liberum arbitrium ad ſuæ conuerſionis pleniorem diſpoſitionem. ex Nicolao de Orbellis in 2.diſt.28.

38 Habens gratiam gratum facientem poteſt de condigno mereri vitam æternam, comparando opus eius ad gratiæ dignitatem,& ad pollicentis veritatem,& ad operis arduitatem:quod ſic probatur à S.Thom. quia in operante per gratiam valor operis attenditur non ex libertate liberi arbitrij tantum, ſed ex dignitate gratiæ, quæ facit hominem filium Dei,cui ex ipſo iure debetur hæreditas.juxta illud Rom.VIII.ſi filij,& hæredes:hæreditas autem illa eſt vita æterna.

39 Nullus meretur ſibi primam gratiam merito digni,vel condigni,ſed tantummodo merito cõgrui. Similiter exiſtens in charitate nõ poteſt alteri mereri primam gratiã, merito condigni,ſed merito digni,& congrui, poteſt tamen exiſtens in gratia mereri ſibi augmentum gratiæ ex condigno.Compendium.

40 Prima gratia dicitur,primus habitus gratuitus animã illuminans, vel prioritate temporis, vel ſaltem naturæ; ſicuti in Paruulis gratia Baptiſmalis dicitur prima, & in Adultis poſt peccatũ gratia in cõtritione habita.Pelbar.

41 Meritum eſt actio cui debetur premium, modo ſit actio humana,& bona.S.Thomas.Eſt autem triplex meritum:Primum dicitur de condigno, quod eſt actus bonus humanus factus ab eo, qui eſt in gratia gratum faciente, quod meretur gratiam, & gloriam, ac vitam æternam. alterum eſt de congruo, & eſt actus humanus bonus factus ab aliquo extra gratiam,cui de quadam cõgruitate debetur aliqua merces ſpiritualis,vel temporalis.vltimũ dicitur de digno:& iſtud eſt,cum aliquis iuſtus rogat pro aliqua perſona,quæ eſt in peccato:dignum quippe eſt q᷑ iuſtus exaudiatur.S.Bonau.in 3.diſt.4.

42 Gratia datur facienti, quod in ſe eſt à Deo non tamen neceſſariò,& abſolutè,eſt enim homo ad Deum ſicut lutum ad figulum .Ierem. 18.& id fit gratis à Deo, & conſequenter ex libertate, tamen fit de neceſſitate benignæ promiſſionis,ſecundum illud Pſalm. 88. Quæ procedunt

ex labijs meis non faciam irrita;& ex ſua promiſſione obligatur.Concord.S.Thom.

43 Iuſtificatio impij quatuor requirit: Primum motum liberi arbitrij.Secundum,contritionem animi.Tertium infuſionem gratiæ. Quartum,remiſſionem culpæ. Ad hoc etiam vide ſupra.c.2.de contritione.

Demum dubitatur, vtrum aliquis poſſit certitudinaliter ſcire ſe eſſe pro nunc in gratia gratum faciente? Reſpon.quod non;niſi habeat per reuelationem;tamen poteſt hoc per aliqua ſigna probabilia coniecturaliter ſcire;cuiuſmodi ſunt dolor de peccato commiſſo:propoſitum abſtinendi in futurum,prôptitudo bonæ operationis,mortificatio concupiſcentiæ, & amoris mundani, & complacentia verbi diuini. ex Nicolao de Orbellis in 1. diſtin.17.

De libero Arbitrio.

Liberum arbitrium eſt facultas rationis,& voluntatis, qua eligitur bonum gratia aſſiſtente, & malum gratia deſiſtente.S.Auguſtinus.

44 In hac diffiuitione ſimul ponitur ratio, & voluntas: Ratio quidem vt conſiliarius,voluntas autem vt Imperator:nam ratio dicit aliquid eſſe bonum, vel malum; voluntas dicit,fiat.

45 Nota,quod libertas arbitrij eſt libera à coactione ſufficienti,ſed non libera à coactione efficienti; nulla enim coactio exterior eſt cauſſa ſufficiens,vt aliquid fiat;licet quandoq; ſit efficiens:vt patet in multis, qui coacti ſunt negare Chriſtum per tormenta: quoniam in huiuſmodi coacta voluntas, voluntas eſt,vt ait D.Auguſt. Quando autem peccator retrahitur à gratia, tunc non deſtruitur libertas arbitrij;quia cœcus,vel feſſus,vel claudus in foueam cadens,quando extrahitur,non ſit hoc illo inuito.

46 Libertas arbitrij eſt triplex, ſcilicet à Neceſſitate, à Peccato,à Miſeria.Prima eſt naturæ:Secunda gratiæ.Tertia gloriæ Item prima eſt bonorum,& malorum: Secunda

da eſt tantummodo bonorum: Tertia eſt in Cœlo regnãtium. Ex his patet quod libertas malorũ eſt velle peccare, & etiam non poſſe peccare; ſed libertas in Paradiſo fuit poſſe non peccare,& etiam poſſe non turbari;libertas verò patriæ eſt nolle,& non poſſe peccare, nec poſſe turbari: Patet ergo liberum arbitrium liberius eſt in bonis, quàm in malis; quia in bonis eſt tantummodo ſeruitus miſeriæ, in malis autem eſt ſeruitus miſeriæ, & peccati. Sed in patria eſt liberrimum, quoniam omnis talis ſeruitus deſtruetur.Ex Compend.Theolog.

47 Liberum arbitrium in eſt Deo,Angelis,& hominibus; ſed cum differentia Dei eſt immutabile omninò: Angeli eſt mutabile ante electionem,ſed non poſt: Hominis autem eſt mutabile,& ante, & poſt: intellige de mutatione durante ſtatu viæ.concord.S.Bon.in 2.ſen.

48 Nota,quod licet in Deo, & in Beatis ſit neceſſitas immutabilitatis, non tamen coactionis: neceſſitas tamen immutabilitatis non repugnat libertate;dicitur enim arbitrium liberum ſimpliciter,nõ quia ſic velit hoc,vt poſſit velle oppoſitum; ſed quia omne quod vult appetit ad ſui ipſius imperium;quia ſic vult aliquid, vt vellit ſe velle illud;& ideo in actu volendi ſe ipſum mouet,& ſibi dominatur: & tanto dicitur liberum,quamuis immutabiliter ordinetur ad illud: ſed poſſe peccare diminuit de libertate: vnde ſecundum. D. Anſelm. poſſe peccare non eſt libertas,nec pars libertatis,accipiendo liberum arbitrium ſecundum communem rationem; poſſe tamen in actum cui annexa eſt diſformitas, benè eſt pars libertatatis,nõ ſimpliciter,ſed creatæ; vnde deformitas in actu magis conuenit libero arbitrio inquãtum creatũ, ſeu inquantũ eſt ex nihilo,quam in quantũ liberũ.de Orbellis.

49 Interrogatio,vtrum liberũ arbitriũ poſſit cogi? Reſp. qđ licet Deus poſſet naturã liberi arbitrij creati deſtruere,tamen manente liberi arbitrij naturali poteſtate non poteſt ipſum cogere; hoc enim eſſet facere contradictoria;tunc enim liberum arbitrium non eſſet liberum;benè tñ poteſt efficaciter ipſum inclinare,& facere vt moueat ſe liberè ad quamcumque partem Deus voluerit: vnde

Pro-

Prouerb.21. Cor Regis in manum Domini, quocunq; voluerit inclinabit illud. Cum autem Deus non poſſit cogere liberum arbitrium, à fortiori nec creatura. Hæc ex Nicolao de Orbellis. 2. diſt. 25.

Liberum arbitrium ſine ſpeciali Dei gratia, ſecundum Doctores non ſufficit quantū ad quinq; contra Pelagiū.

Primò, ad bene operandum.

Secundò, ad vitium vitandum.

Tertiò, à peccato reſurgendum.

Quartò, ad perſeuerandum in bono, &

Quintò, ad præmium æternum conſequendum.

Conſcientia eſt credulitas rationis, ſiue intentionis ad aliquid faciendum, vel non faciendum obligatiua animi, deliberatione firmata.

50 Conſcientiā ſcrupuloſa oritur ex vitio naturæ, vel acquiſito, & gignit multa mala ſcilicet, incōſtantiam, augmentum peccatorum, animi paruitatem, nebulas intellectus, inquietudinem mentis. Illius cauſſæ ſunt, complexio timida, melanconia, mania, Dæmon, Vigiliæ, Ieiunia non modica, & conuerſatio cum ſcrupuloſis. ex S. Antonin. 1. par. ſum. tit. 3. c. 10.

Conſcientiæ ſcrupuloſæ medicinæ ſunt Decem. Prima Deus. Secunda, pharmaca contra melanconiam, & maniam. Tertia, auerſio cogitationis à re ſcrupuloſa. Quarta, ſubmittere ſe aliorum Iudicio, Quinta, contrauentio ſcrupulorum. Sexta, vſus æquitatis. Septima, rectus intellectus illius Regulæ, Tutior pars eſt eligenda in dubio, in eo quod eſt propriè dubio, ideſt ſine ratione ſufficienti, aut auctoritate. Octaua, rectus intellectus illius dicti, Bonarum mentium eſt cognoſcere culpam vbi culpa non eſt, ideſt in generali, non autem in ſpeciali. Nona, electio bona, ex uarijs opinionibus, & quieſcere in ea. Decima, conſiderare quod nemo ex ſolo libero arbitrio, ſine Dei auxilio, ſpeciali pōt bene agere. S. Antoni. vt ſupr.

52 Conſcientia erronea ſemper ligat, vel ad ſui depoſitionem, vel ad ſui exequutionem: ideo deponenda eſt, & illa durante contra eam faciens ſemper peccat; & ſi dictat eſſe mortale mortaliter peccat, & ſi veniale venia-

liter

liter.ex omnibus Doctoribus.

Synderesis eſt vis motiua,quæ ſemper nata eſt, figi in ſuperioribus naturaliter mouens,& ſtimulãs ad bonum, & abhorrens malum.

53 Nota,ex S.Bonauen.in centiloquio,quod differunt ſecundum rationem ſynderesis,& conſcientia.nam ſynderesis iudicat faciendum, ideſt dignum fieri: conſcientia verò, iudicat faciendum, ideſt debitum fieri.

54 Perplexitas naſcitur ex errore conſcientiæ;eſt autem triplex perplexitas: Prima eſt intelligentiæ verborum Sacræ Scripturæ, quæ videntur ſibi repugnare. Secunda eſt intelligentiæ faciendorum, de qua Roman. 8. Quod Oremus neſcimus, &c. Tertia eſt ineuitabilitas peccandi. Prima diſſoluit per diſtinctionem, & conſideratiōnē cauſſarum dicendi vtrumq; .Secunda,diſſoluitur per inſpirationem Spiritus Sancti, quæ eſt Vnctio docens de omnibus per meritum Orationis: Tertia, diſſoluitur per depoſitionem erroneæ conſcientiæ.S.Bon.vbi ſupra.

De Virtutibus Cardinalibus.

55 Virtutes Cardinales ſunt quatuor,nempe, Prudentia, Iuſtitia,Fortitudo,& Temperantia:& dicuntur Cardinales, quia ſicut Oſtium vertitur in cardine, ſic in his vertitur,& regitur vita hominis.

Prudentia eſt notitia eorum, quæ ſunt agenda, & eorum quæ ſunt vitanda.

Partes Prudentiæ,ſunt tres ſcilicet, Memoria, Intelligentia,& Prouidentia. ex Tullio.

Quatuor ſunt ſpecies Prudentiæ,videlicet, Prouidentia,Circumſpectio,Cautio,& Docilitas.

56 Prudentia conſiſtit in hoc quod,quiſque ſciat inuenire medium ſecundum rectam rationem, in his, quæ ſunt ab homine facienda:vt videlicet,quis ſciat ſeipſum,& alios regere: vnde Prudentia perficit intellectum ad dirigendam totam vitam humanam.

Iuſtitia eſt virtus,qua ſibi,Deo,& proximo quod ſuum

De fide & alijs virtutibus. Cap. XVIII.

FIdes eſt, ſecundum Diuum Apoſtolum ad Hebræos. 11. ſubſtantia rerum ſperandarum argumentum nō apparentium.

1 Item, ſecundum Cathechiſmum, Fides eſt virtus, per quam id ratum habemus, quod à Deo traditum eſſe Sanctiſſimæ Matris Eccleſiæ authoritas, cōprobauit. vel, eſt virtus per quā aſſentimur ijs, quæ tradita ſunt diuinitus.

Item D. Auguſtinus dicit, Fides eſt virtus, qua creduntur ea, quæ non videntur.

2 Item, ſecundum Toletum, Fides eſt aſſenſus eorū, quæ per Spiritum Sanctum Eccleſiæ reuelata ſunt, quatenus à Spiritu Sancto ſunt.

3 Fides accipitur decem modis: aliquando accipitur pro ſpōſione; 1. ad Thim. 5. Primam fidem irritā fecerunt. Aliquando pro fidelitate; Ieremiæ 7. Perijt fides, & Sanctus de terra. Aliquādo pro conſcientia. Rom. 14. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Aliquando pro Sacramento fidei; Auguſtinus, Paruulos habere fidē non eſt aliud quā fidei habere Sacramentum. Aliquando pro acceptione cōcluſionis per rationem probatæ; & ſic dicit Boethius, Argumentum eſt ratio rei dubiæ faciens fidem. Aliquādo pro cognitione comprehenſionis. Rom. 1. Iuſtitia Dei reuelabitur ex fide in fidem, Gloſ. in fidem ſpeciei, quæ fides dicitur, quia fidentiſſima, & certiſſima eſt. Aliquando pro habitu fidei informis; Iacobi 2. Fides ſine operibus mortua eſt. Aliquando pro habitu fidei formatæ, & ſic dicit D. Auguſtinus, Fides eſt credere quod non vides. Vltimò pro obiecto fidei; vnde dicitur in ſimbolo, Hæc eſt fides Catholica, &c. S. Bon. in centiloquio.

4 Nota quod fides Catholica credit Deū, & credit Deo, & credit in Deum. Credere Deū, eſt credere ipſum eſſe. Credere in Deum, eſt credendo Deum amare, & amando in eum ire, ac membris eius incorporari. Credere autem Deo, eſt credere verbis eius. Primum, & tertium bonorū,

&

& malorum eſt:ſed ſecundū bonorū tantum.S.Bon.ſupr.
5 Articulus fidei eſt indiuiſibilis veritas,arctans nos ad credendum.

Articuli fidei ſunt duodecim reſpectu Apoſtolorū,ſed quatuordecim reſpectu credendorum: quorum ſeptem pertinent ad Diuinitatem, & ſeptem ad Humanitatem.
6 Quò ad Diuinitatem.

Primus eſt,vnū Deū eſſe; q ibi notatur,Credo in Deū.
Secūdus eſt,PatremDeū eſſe;ibi Patrem omnipotentē.
Tertius eſt,Deū filium eſſe;ibi.Et in Ieſū Chriſtū, &c.
Quartus eſt, Deum Spiritum Sanctum eſſe; ibi, Credo in Spiritum Sanctum.

Quintus eſt,credere remiſſionem peccatorum, ijs qui ſunt in Eccleſia:ibi,Sanctam Eccleſiam Catholicam,Sāctorum communionem,remiſſionem peccatorum.

Sextus,credere mortuorum reſurrectionem.

Septimus eſt,credere bonorū remunerationē;ſub quo comprehenditur malorum punitio; ibi, vitam æternam.

Primum articulum,& ſecundum poſuit Petrus:Tertiū Andreas:Quartum Bartholomeus:Quintum Simon Taddæus:Sextum,& ſeptimum Matthias.

7 Articulus primus Humanitatis Chriſti eſt,credere filiū Dei eſſe conceptum de Spiritu Sancto: ibi, Qui conceptus eſt,&c.

Secundus eſt,credere filium Dei natum ex Virgine Maria:ibi,Ex Maria Virgine.

Tertius eſt,filiū Dei pro nobis mortuum in Cruce:ibi, Paſſus ſub Pōtio Pilato,Crucifixus,mortuus,& ſepultus.

Quartus eſt, filium Dei deſcendiſſe ad Inferos ſecundum animam:ibi,Deſcendit ad Inferos.

Quintus eſt,filium Dei reſurrexiſſe à mortuis: ibi, Reſurrexit à mortuis.

Sextus eſt,eundem aſcēdiſſe ad patris æqualitatē: ibi, Aſcendit ad Cœlos,ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.

Septimus eſt,filium Dei Iudicaturū viuos,& mortuos, ſiue bonos,ſiue malos: ibi, Inde venturus eſt iudicare viuos,& mortuos.

Primum articulum de humanitate Chriſti poſuit Iacobus maior, Secundum, & tertium Ioannes, Quartum Thomas, Quintum Matthæus, Sextũ Iacobus minor, Septimum Philippus. S. Bon. in centiloquio.

8 Eſt notandum ſecundum Alexandrum Alenſem in tertia par. ſummæ, quod duodecim Apoſtoli volentes poſt Aſcenſionem Domini, & receptionem Spiritus Sancti per diuerſas mundi partes ad prædicandum Chriſti fidẽ proficiſci, ſecundum quod illis fuerat dictum; Euntes in vniuerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ, &c. Matthæi 28. prius compoſuerunt ſymbolum fidei, ideſt, credo paruum, in quo poſuerunt articulos fidei, vt dictum eſt; & credendum eſt, quod Beata Virgo Maria eſſet præſens, & reſideret in medio eorum, tanquã eorum magiſtra.

9 Symbolum eſt collectio articulorum fidei: & dicitur à Syn, quod eſt, con, & bolus, morſus, quia quilibet Apoſtolorum poſuit morſellum, ideſt articulum.

10 Tria ſunt ſymbola; Primum Apoſtolorum, Secundum Niceni Concilij, Tertium Athanaſij. Primum ad fidei inſtructionem, Secundum ad fidei explanationem, & Tertium ad fidei defenſionem.

11 Credere in Deum eſt neceſſarium omnibus habentibus vſum liberi arbitrij: qui non credit eſt in mortale, quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo.

12 Credere Articulos fidei explicitè, maximè illos, qui ſolemnizantur in Eccleſia, omnes chriſtiani ſub præcepto tenentur; vt Myſterium Trinitatis, & vnitatis, Incarnationis, Paſſionis, & huiuſmodi: alia autem implicitè, ſed magis, & minus, ſecundum perſonarum qualitatem; ſecũdum D. Thomam. 2. 2. q. 2. art. 7. & S. Bonauent. in 3. Sen. diſtin. 25.

13 Scotus tamen in 3. diſ. 25. q. 1. dicit, loquendo de Articulo vnitatis, & trinitatis, Deum non obligare ad impoſſibile. Vnde, ſi eſſet aliquis rudis, qui non poſſet concipere hunc articulum diſtinctè, ſicut literati, ſufficit, quod ille credat, quod Eccleſia credit.

14 Quilibet habens in Eccleſia officium docendi, vt Prælati,

lati,Sacerdotes,Doctores, Prædicatores, tenentur credere explicitè,totalem diſtinctionem articulorum,ſecũdum ſubſtantiam; non autem alij,ſecundum. D.Thoma. de ver.q.14.art.11.

15 Nullus poteſt excuſare, ſi non credit, quia non habet inſtructorem;quia ſi faceret,quod in ſe eſt,Deus qui non deficit in neceſſarijs,mitteret inſtructorem aliquem;ſed quia non facit, quod poteſt,ideo peccat;& ſic,ſi nõ credit,imputetur ſibi;quia poſuit obicem peccando, & non faciendo,quod facere debuit.S.Thom.ad Rom.c.11.lect.3.Richardus tamen in 3.diſt.25. dicit; quod illi, quibus Chriſtus, nec per ſe,nec per alium,nec per inſpirationẽ loquutus eſt, quia tales non tenẽtur credere explicitè, niſi id, quod credebatur in lege naturæ. & hoc dicit Nicolaus Lyranus exponens illud ad Hæbreos.11.Accedẽtem ad Deum oportet credere,quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator.Iſta,inquit,duo credere ſcilicet Dei vnitatem,& eius æternam remunerationem,fuit ſemper neceſſarium ad ſalutem apud omnes;nec plus requirebatur ad ſalutem Gentilium; quia nullam Legem receperunt à Deo,niſi legem naturæ, in quo implicitè cõtinetur fides mediatoris;quia qui credit vnum Deum remuneratorem inquirentium ipſum, credit ipſum habere prouidentiam de ſalute hominum,licet modum huius prouidentiæ explicitè non cognoſcat. Modus autem per quem prouidit ſalutem hominum,eſt per Incarnationis myſterium.Hæc Lyranus.

16 Quare in ſymbolo non ponitur quod Chriſtus ſit, vel fuerit Baptizatus,aut trãsfiguratus,cũ multis alijs?Reſp. cum Alexandro Alenſi.in 3.p.Summ.qđ in præfato ſymbolo ſolum ponuntur videlicet,quod Chriſtus eſt natus, Conceptus, Paſſus, mortuus, & non cœteri, & quia iſti ſunt difficiliores;crediti ergo iſti faciliter creduntur, & alij ; & ſic non ponuntur.

17 Spes eſt certa expectatio futuræ Beatitudinis, ex Dei gratia,& meritis præcedentibus proueniens.S. Auguſt.

Spes conſiſtit in hoc qđ homo innitens auxilio diuino confidit benè agendo ad æternã Beatitudinẽ peruenire.

18 Differentia eſt inter fidem, & ſpem; quia fides eſt bonarum rerum, & malarum: ſpes eſt tantum bonarum. Eſt etiam fides rerum præteritarum, præſentium, & futurarum; ſpes tantum futurarum. Item fides eſt rerum propriarum, & alienarum; ſpes eſt ſolummodo propriarum.

19 Charitas eſt Dilectio, qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum, vel in Deo.

Et charitas ſecundum Apoſtolum 1. Thim. 1. ſic deſcribitur; eſt finis præcepti de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta.

Item, ſecundum Toletum, charitas eſt, amicitia hominis ad Deum ſuper naturalis.

20 Ex charitate quatuor ſunt diligenda; videlicet, vnum quod ſupra nos eſt, ſcilicet Deus; Secundum, quod nos ſumus; Tertium, quod iuxta nos, ſcilicet proximus; Quartum, quod infra nos eſt, ſcilicet corpus humanum.

21 Vel, primò Deum: Secundò nos metipſos: Tertiò parentes: Quartò filios: Quintò fratres: Sexto domeſticos: Vltimò inimicos diligamus. Matth. 5. ex S. Ambroſio. ſimpliciter tamen debemus diligere plus Parentes, quàm filios: licet aliquo modo ſit è conuerſo, vnde filio magis debemus prouidere, & Patrem magis honorare, & ſimpliciter magis Patrem quàm Matrem; & Parentes magis quàm vxorem, quantum ad bonum, quod eis volumus, & è conuerſo quantum ad intentionem volendi, propter maiorem coniunctionem; & magis benefactorem ſuum, quàm beneficiatum à ſe, quantum ad bonum volitum, ſed è conuerſo quantum ad intentionem volendi ratione iā dicta. S. Thom. 2. 2. & 3. ſent.

22 Charitas ſemel habita poteſt amitti in via, & aliter tenere eſt, erroneum; quia charitas non tollit vertibilitatem. 1. cor. 10. Qui ſtat videat ne cadat: & amittitur per peccatū mortale ſolū, per q̄ voluntas auertitur à Deo.

23 Charitatem omnes tenentur habere ſub præcepto, ſecundum S. Thom. virt. q. 23. art. 7. Amando Deum ſuper omnia, & proximum, ſiue amicum, ſiue inimicum, ſicut ſe ipſos, ideſt ad eundem finem vitæ æternæ; etiā peccatores, & infideles; non quò ad peccatum, ſed quò ad naturam,

ram,& ſecundum quod nobis vitæ æternæ ſocij eſſe poſſunt; & eis tenemur opera pietatis exhibere in articulo neceſſitatis, & ſemper animum paratum habere ad eis ſubueniendum in tali articulo.

24 Item,eis exhibere ſigna amoris in communi; vt quando pro alijs oramus, vel aliquod beneficium communiter exhibetur, eos non excludamus; hoc enim pertinet ad liuorem vindictæ,quæ prohibetur.Leuitici.19.vbi dicitur;Non eris memor iniuriæ ciuium tuorum,hoc enim eſſet mortale.

25 Particulare autem ſignum,non tenemur exhibere, niſi in articulo neceſſitatis extremæ, prout dictum eſt: vt loqui cum inimico,vel reſpondere, ſeu familiariter conuerſari;niſi quando propter hoc graue ſcandalum oriretur,Immò quandoque bonum eſt eis non loqui, vt humilientur,& ſe recognoſcāt, dummodo tollatur rancor de corde,& ſit debita animi præparatio.

26 Petenti autem veniā verè,& non ſimulatè,parcendum eſt;non tamen tenemur remittere actionem iuris, contra iniuriantem,niſi pro iniuria ſatisfiat,vt ſi diffamauit, vel accuſauit falſo,&c. ex ſumma Armilla poſt S. Thom.

27 Ex ſupradictis patet,quod iniuriatus,tenetur dare pacem,etiam in ſcriptis,inimico,quærenti illam;dummodo petat veniam, & ſatisfaciat quantum poteſt ad arbitriū boni viri:& hoc maximè habet locum, vbi eſt conſuetū dare pacem ſcripto, & non aliter; ſicut paſſim ſeruatur in Italia,aliàs non;& ſic fuit determinatū à multis Theologis Bononiæ,ad præſentiam Reuerēdiſſimi,& Illuſtriſſimi Cardinalis Paleotti, vt eſt videre in libro de caſibus diſputatis Bononiæ.&c.

28 Virtus in generali,eſt bona qualitas mentis, qua benè viuitur,qua nullus malè vtitur,quam Deus in nobis operatur.S.Auguſtinus.

Virtutes ſuperius immediatè poſitæ dicuntur Theologicæ, quia à Deo nobis ſupernaturaliter infunduntur, quæ etiam neceſſariæ ſunt ad ſalutem:& dicuntur Theologicæ ideſt Diuinæ à Theos,quod eſt Deus,& logos, qđ eſt ſermo;quia principaliter ſunt ad Deum.

29 Correctio fraterna, eſt admonitio fratris de emendatione delictorum, ex fraterna charitate.

Nota quod fratrem corripere quandoque eſt conſiliũ, vt quando corripitur ſuper venialibus: quando eſt præceptum, vt corripere de mortalibus: & iſto ſecundo modo ad omnes pertinet, etiam infideles, & obligat ſemper vt præceptum affirmatiuum, quia pro loco, & tempore, ſcilicet, quãdo vacat, & licet, & videt quod vtilis ſit correptio. Sciendum eſt, quod triplex eſt correptio ſcilicet, amoris, timoris, & pudoris. Hunc ordinem fraternæ correptionis docet Dominus in Euangelio Matth. 18. primo enim innuit fratrem reuocandum eſſe amore, cum iubet eum ſingulariter corripere, dicens, corripe eum inter te, & ipſum ſolum. Sed ſi hoc nõ valet, docet eum eſſe reuocandum timore, vbi ait; ſi te non audierit adhibe vnũ, vel duos tecum. Et ſi hoc non valuerit docet eum eſſe reuocandum pudore, vbi dicit; ſi nec illos audierit, dic Eccleſiæ; ſi autem Eccleſiã non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus, ideſt excommunicari debet, & ſic euitari. Sanè prædictus ordo fraternæ correptionis intelligitur tantũ de criminalibus; quia de culpis communibus ſolét clauſtrales ſe in ſuis capitulis accuſare, nõ præmiſſa admonitione. verumtamen accuſans aliũ, caueat diligenter, ne hoc faciat ad diffamandũ, ſed ad corrigendũ; quia ſi quis ex deliberatione contrariũ faceret, mortaliter peccaret. Hæc ex Comp. Theologicæ verit. lib. 5. c. vlti. virtualiter.

De Gratia.

30 Gratia generaliter accepta, dicitur adiutorium Diuinum creaturæ liberaliter impenſum gratis, ad quemcunque actum indifferenter.

Gratia diſtinguitur in gratiam gratis datam, & in gratiam gratum facientem. Gratia gratis data eſt adiutoriũ diuinitus datum, vt quis præparet ſe ad ſuſcipiendũ Spiritus Sancti donum, quo perueniat ad ſtatum meriti.

Vel Gratia gratis data eſt manifeſtatio Spiritus ad vtilitatem. 1. Cor. 12.

31 Gratia gratis data accipitur cõmuniſſimè, vel largiſſimè

mè pro quolibet dono nobis collato à Deo: quomodo ét dona naturæ, ſicut ingenium, mentis perſpicacitas, bona memoria, pulchritudo, &c. omnes concurſus quo Deus concurrit ad omnes actus naturales omnium creaturarum, qui dicitur concurſus generalis Dei, ſiue auxilium generale dicitur gratia: & hoc modo concurrit Deus in motu progeſſiuo hominis, & animaliũ brutorũ, & ædificatione domorũ, & ad ea, quæ ad naturalẽ finẽ hominis ordinantur: & hic concurſus vocatur ét cõmunis influẽtia Dei, quæ omnia dicuntur largiſſimè gratiæ: ſicut, & auxiliũ naturale, quod datur à Deo homini in creatione.

32 Alio modo accipitur dicta gratia, pro quolibet dono ſuper addito naturæ; vt ſunt fides, prophetia, &c. de quibus Apoſtolus. 1. Cor. 12. diuiſiones gratiarũ ſunt. Et hoc modo eſt auxiliũ ſuꝑ naturale, quo Deus iuuat hominẽ ad ea, quæ ſupra naturã ſunt, qđ quidẽ auxiliũ requiritur ad conuerſionẽ peccatoris, & vocatur auxiliũ ſpeciale.

33 Nota, qđ gratia gratis data differt in multis à gratia gratificante: & primò quia gratia gratis data poteſt ſtare cum peccato mortale, & gratificans non. Secundò differt, quia gratia gratificãs eſt habitus permanens; & gratis data non eſt habitus permanens, ſed quædam motio ſpecialis, ſiue inſtinctus Spiritus sãcti. Tertiò, differt, quia nemo poteſt ſcire ſe habere gratiam gratificantẽ, & gratis datam ſic: vnde nemo eſt, qui non habeat ipſam etiam ſi ſit infidelis. Quartò, differt, quia gratificans non eſt ſine nobis, & gratis data ſiue nobis: vnde propheta; Conuerte, & cõuertemur. Hæc ex multis Doctoribus, & præſertim S. Thom. & S. Bonau.

34 Gr̃a gratũ faciẽs eſt forma à Deo data gratis ſine meritis, gratũ faciẽs habẽtẽ, & opus eius bonũ reddẽs. S. Bon.

Nota, qđ licet gratia à Deo detur gratis, illa tñ quæ nõ facit hominẽ gratũ Deo, retinet nomẽ cõe: Alia verò, quæ addit aliqđ ad ipsã, cũ faciat hominẽ dignũ vita æterna, hẽt nomẽ ſpeciale; & ſic dr̃ gratia gratũ faciẽs. S. Thom.

35 Gratia gratum faciens diſtinguitur in operantem, & cooperãtem. Gratia operans dicitur præueniens, & incipiens, ac liberãs; quia peccatum expellit. Gratia coope-

rans dicitur, ſubſequens, & perficiens, ac adiuuans; quia liberum arbitrium adiuuat, & ei cooperatur in merito ſumitur etiam quandoq; gratia præueniens pro gratia gratis data; gratia autem ſubſequens pro gratia gratum faciente. Compend. Theolog.

36 Liberum arbitrium non poteſt ſe diſponere ad gratiã gratum facientem, niſi per aliquam gratiam gratis datã: comprehendendo ſub gratia gratis data non tantum ali quod habituale donum naturalibus ſuper additum, cuius modi eſt timor ſeruilis; vel pietas aliquorum viſceribus ab infantia inſerta; ſed etiam Spiritus Sancti aliquã ſpecialem motionem factam per ſe immediatè, vel mediante creatura. Ad hoc enim non ſufficit generalis motio primi mouentis, quem ſupponit quælibet actio creaturæ: vnde Ioan. 6. dicit Saluator, Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, trhaxerit eum.

37 Sine autem gratia aliquo modorum prædictorum accepta, vix, aut nunquam aliquis habens vſum liberi arbitrij reperitur. Vnde notandum, quod licet ad meritoriè operandum, & beatitudinem attingendam non poſſit fie ri præparatio voluntatis ſine habituali dono, gratiæ gratum facientis, præparatio tamen ad ipſam gratiam gratum facientem fieri poteſt ſine alia gratia habituali ſimilis ſpeciei, non tamen ſine aliqua gratia gratis data, nec ſine auxilio gratuito Dei, intellectum mouentis. Prima pars patet; quia gratia gratum faciens eſt principium merendi. Secundam partem probat. S. Thomas. quia ſic procederetur in infinitum. Nec obſtat ſupradictis illud Prouerb. 16. Hominis eſt præpare animum. & Zachariæ. 11. Conuertimini ad me, dicit Dominus, quia: Reſpon. ad primam: quod pro tanto dicitur, quod hominis eſt præpare animam quia illam præparationẽ facere poteſt per liberum arbitrium, ſuper naturaliter tamen adiutus modo ſupradicto ſcilicet per diuinum auxilium. Ad ſecundam auctoritatem dico, quod iubet Deus hominem conuerti ad ſe, non quia hoc poſsit homo niſi preuentus diuino auxilio: vnde Hyeremiæ. vltimo conuerte nos domine ad te, & conuertemur; ſed vt homo præuentus di-

uino auxilio cooperetur per liberum arbitrium ad ſuæ conuerſionis pleniorem diſpoſitionem. ex Nicolao de Orbellis in 2.diſt.28.

38 Habens gratiam gratum facientem poteſt de condigno mereri vitam æternam, comparando opus eius ad gratiæ dignitatem,& ad pollicentis veritatem,& ad operis arduitatem:quod ſic probatur à S.Thom. quia in operante per gratiam valor operis attenditur non ex libertate liberi arbitrij tantum, ſed ex dignitate gratiæ, quæ facit hominem filium Dei,cui ex ipſo iure debetur hæreditas.juxta illud Rom.VIII.ſi filij,& hæredes:hæreditas autem illa eſt vita æterna.

39 Nullus meretur ſibi primam gratiam merito digni,vel condigni,ſed tantummodo merito cõgrui. Similiter exiſtens in charitate nõ poteſt alteri mereri primam gratiã, merito condigni,ſed merito digni,& congrui, poteſt tamen exiſtens in gratia mereri ſibi augmentum gratiæ ex condigno.Compendium.

40 Prima gratia dicitur,primus habitus gratuitus animã illuminans, vel prioritate temporis, vel ſaltem naturæ; ſicuti in Paruulis gratia Baptiſmalis dicitur prima, & in Adultis poſt peccatũ gratia in cõtritione habita.Pelbar.

41 Meritum eſt actio cui debetur premium, modo ſit actio humana,& bona.S.Thomas.Eſt autem triplex meritum:Primum dicitur de condigno, quod eſt actus bonus humanus factus ab eo, qui eſt in gratia gratum faciente, quod meretur gratiam, & gloriam, ac vitam æternam. alterum eſt de congruo, & eſt actus humanus bonus factus ab aliquo extra gratiam,cui de quadam cõgruitate debetur aliqua merces ſpiritualis,vel temporalis.vltimũ dicitur de digno:& iſtud eſt,cum aliquis iuſtus rogat pro aliqua perſona,quæ eſt in peccato:dignum quippe eſt qđ iuſtus exaudiatur.S.Bonau.in 3.diſt.4.

42 Gratia datur facienti, quod in ſe eſt à Deo non tamen neceſſariò,& abſolutè,eſt enim homo ad Deum ſicut lutum ad figulum .Ierem. 18.& id fit gratis à Deo, & conſequenter ex libertate, tamen fit de neceſſitate benignæ promiſſionis,ſecundum illud Pſalm. 88. Quæ procedunt

ex labijs meis non faciam irrita; & ex ſua promiſſione obligatur. Concord. S. Thom.

43 Iuſtificatio impij quatuor requirit: Primum motum liberi arbitrij. Secundum, contritionem animi. Tertium infuſionem gratiæ. Quartum, remiſſionem culpæ. Ad hoc etiam vide ſupra. c. 2. de contritione.

Demum dubitatur, vtrum aliquis poſſit certitudinaliter ſcire ſe eſſe pro nunc in gratia gratum faciente? Reſpon. quod non; niſi habeat per reuelationem; tamen poteſt hoc per aliqua ſigna probabilia coniecturaliter ſcire; cuiuſmodi ſunt dolor de peccato commiſſo: propoſitum abſtinendi in futurum, próptitudo bonæ operationis, mortificatio concupiſcentiæ, & amoris mundani, & complacentia verbi diuini. ex Nicolao de Orbellis in 1. diſtin. 17.

De libero Arbitrio.

Liberum arbitrium eſt facultas rationis, & voluntatis, qua eligitur bonum gratia aſſiſtente, & malum gratia deſiſtente. S. Auguſtinus.

44 In hac diffiuitione ſimul ponitur ratio, & voluntas: Ratio quidem vt conſiliarius, voluntas autem vt Imperator: nam ratio dicit aliquid eſſe bonum, vel malum; voluntas dicit, fiat.

45 Nota, quod libertas arbitrij eſt libera à coactione ſufficienti, ſed non libera à coactione efficienti; nulla enim coactio exterior eſt cauſſa ſufficiens, vt aliquid fiat; licet quandoq; ſit efficiens: vt patet in multis, qui coacti ſunt negare Chriſtum per tormenta: quoniam in huiuſmodi coacta voluntas, voluntas eſt, vt ait D. Auguſt. Quando autem peccator retrahitur à gratia, tunc non deſtruitur libertas arbitrij; quia cœcus, vel feſſus, vel claudus in foueam cadens, quando extrahitur, non ſit hoc illo inuito.

46 Libertas arbitrij eſt triplex, ſcilicet à Neceſſitate, à Peccato, à Miſeria. Prima eſt naturæ: Secunda gratiæ. Tertia gloriæ Item prima eſt bonorum, & malorum: Secunda

da eſt tantummodo bonorum: Tertia eſt in Cœlo regnātium. Ex his patet quod libertas malorū eſt velle peccare, & etiam non poſſe peccare; ſed libertas in Paradiſo fuit poſſe non peccare, & etiam poſſe non turbari; libertas verò patriæ eſt nolle, & non poſſe peccare, nec poſſe turbari: Patet ergo liberum arbitrium liberius eſt in bonis, quàm in malis; quia in bonis eſt tantummodo ſeruitus miſeriæ, in malis autem eſt ſeruitus miſeriæ, & peccati. Sed in patria eſt liberrimum, quoniam omnis talis ſeruitus deſtruetur. Ex Compend. Theolog.

47 Liberum arbitrium in eſt Deo, Angelis, & hominibus; ſed cum differentia Dei eſt immutabile omninò: Angeli eſt mutabile ante electionem, ſed non poſt: Hominis autem eſt mutabile, & ante, & poſt: intellige de mutatione durante ſtatu viæ. concord. S. Bon. in 2. ſen.

48 Nota, quod licet in Deo, & in Beatis ſit neceſſitas immutabilitatis, non tamen coactionis: neceſſitas tamen immutabilitatis non repugnat libertate; dicitur enim arbitrium liberum ſimpliciter, nō quia ſic velit hoc, vt poſſit velle oppoſitum; ſed quia omne quod vult appetit ad ſui ipſius imperium; quia ſic vult aliquid, vt vellit ſe velle illud; & ideo in actu volendi ſe ipſum mouet, & ſibi dominatur: & tanto dicitur liberum, quamuis immutabiliter ordinetur ad illud: ſed poſſe peccare diminuit de libertate: vnde ſecundum. D. Anſelm. poſſe peccare non eſt libertas, nec pars libertatis, accipiendo liberum arbitrium ſecundum communem rationem; poſſe tamen in actum cui annexa eſt difformitas, benè eſt pars libertatatis, nō ſimpliciter, ſed creatæ; vnde deformitas in actu magis conuenit libero arbitrio inquātum creatū, ſeu inquantū eſt ex nihilo, quam in quantū liberū. de Orbellis.

49 Interrogatio, vtrum liberū arbitriū poſſit cogi? Reſp. qđ licet Deus poſſet naturā liberi arbitrij creati deſtruere, tamen manente liberi arbitrij naturali poteſtate non poteſt ipſum cogere; hoc enim eſſet facere contradictoria; tunc enim liberum arbitrium non eſſet liberum; benè tū poteſt efficaciter ipſum inclinare, & facere vt moueat ſe liberè ad quamcumque partem Deus voluerit: vnde

Prouerb.21. Cor Regis in manum Domini, quocunq; voluerit inclinabit illud. Cum autem Deus non poſſit cogere liberum arbitrium, à fortiori nec creatura. Hæc ex Nicolao de Orbellis. 2. diſt. 25.

Liberum arbitrium ſine ſpeciali Dei gratia, ſecundum Doctores non ſufficit quantũ ad quinq; contra Pelagiũ.

Primò, ad bene operandum.

Secundò, ad vitium vitandum.

Tertiò, à peccato reſurgendum.

Quartò, ad perſeuerandum in bono, &

Quintò, ad præmium æternum conſequendum.

Conſcientia eſt credulitas rationis, ſiue intentionis ad aliquid faciendum, vel non faciendum obligatiua animi, deliberatione firmata.

50 Conſcientiã ſcrupuloſa oritur ex vitio naturæ, vel acquiſito, & gignit multa mala ſcilicet, incõſtantiam, augmentum peccatorum, animi paruitatem, nebulas intellectus, inquietudinem mentis. Illius cauſſæ ſunt, complexio timida, melanconia, mania, Dæmon, Vigiliæ, Ieiunia nonmodica, & conuerſatio cum ſcrupuloſis. ex S. Antonin. 1. par. ſum. tit. 3. c. 10.

Conſcientiæ ſcrupuloſæ medicinæ ſunt Decem. Prima Deus. Secunda, pharmaca contra melanconiam, & maniam. Tertia, auerſio cogitationis à re ſcrupuloſa. Quarta, ſubmittere ſe aliorum Iudicio, Quinta, contrauentio ſcrupulorum. Sexta, vſus æquitatis. Septima, rectus intellectus illius Regulæ, Tutior pars eſt eligenda in dubio, in eo quod eſt propriè dubio, ideſt ſine ratione ſufficienti, aut auctoritate. Octaua, rectus intellectus illius dicti, Bonarum mentium eſt cognoſcere culpam vbi culpa non eſt, ideſt in generali, non autem in ſpeciali. Nona, electio bona, ex uarijs opinionibus, & quieſcere in ea. Decima, conſiderare quod nemo ex ſolo libero arbitrio, ſine Dei auxilio, ſpeciali põt bene agere. S. Antoni. vt ſupr.

52 Conſcientia erronea ſemper ligat, vel ad ſui depoſitionem, vel ad ſui exequutionem: ideo deponenda eſt, & illa durante contra eam faciens ſemper peccat; & ſi dictat eſſe mortale mortaliter peccat, & ſi veniale venia-

liter.ex omnibus Doctoribus.

Synderefis eſt vis motiua,quæ ſemper nata eſt, figi in ſuperioribus naturaliter mouens,& ſtimulās ad bonum, & abhorrens malum.

53 Nota,ex S.Bonauen.in centiloquio,quod differunt ſecundum rationem ſynderefis,& conſcientia.nam ſynderefis iudicat faciendum, ideſt dignum fieri: conſcientia verò,iudicat faciendum, ideſt debitum fieri.

54 Perplexitas naſcitur ex errore conſcientiæ;eſt autem triplex perplexitas: Prima eſt intelligentiæ verborum Sacræ Scripturæ,,quæ videntur ſibi repugnare. Secunda eſt intelligentiæ faciendorum, de qua Roman. 8. Quod Oremus neſcimus, &c. Tertia eſt ineuitabilitas peccandi.Prima diſſoluit per diſtinctionem, & conſideratione cauſſarum dicendi vtrumq; .Secunda,diſſoluitur per inſpirationem Spiritus Sancti, quæ eſt Vnctio docens de omnibus per meritum Orationis: Tertia, diſſoluitur per depoſitionem erroneæ conſcientiæ.S.Bon.vbi ſupra.

De Virtutibus Cardinalibus.

55 Virtutes Cardinales ſunt quatuor,nempe, Prudentia, Iuſtitia,Fortitudo,& Temperantia:& dicuntur Cardinales, quia ſicut Oſtium vertitur in cardine, ſic in his vertitur,& regitur vita hominis.

Prudentia eſt notitia eorum, quæ ſunt agenda, & eorum quæ ſunt vitanda.

Partes Prudentiæ,ſunt tres ſcilicet, Memoria, Intelligentia,& Prouidentia. ex Tullio.

Quatuor ſunt ſpecies Prudentiæ,videlicet, Prouidentia,Circumſpectio,Cautio,& Docilitas.

56 Prudentia conſiſtit in hoc quod,quiſque ſciat inuenire medium ſecundum rectam rationem, in his, quæ ſunt ab homine facienda:vt videlicet,quis ſciat ſeipſum,& alios regere: vnde Prudentia perficit intellectum ad dirigendam totam vitam humanam.

Iuſtitia eſt virtus,qua ſibi,Deo,& proximo quod ſuum eſt

eſt tribuitur, vel eſt conſtans, & perpetua voluntas ius, ſuum vnicuique tribuens.

Partes Iuſtitiæ ſunt ſex ſcilicet, Religio, Pietas, Gratia, Vindicatio, Obſeruantia, & Veritas. ex Tullio. Aliæ autẽ ſunt quaſi partes integrales eiuſdem, nempe, facere bonum, & declinare à malo.

57 Species Iuſtitiæ ſunt ſex, ſcilicet Seueritas, Aequitas, Veritas, Obedientia, Liberalitas, & Benignitas.

Species Benignitatis ſunt nouem, ſcilicet, Religio, Pietas, Innocentia, Humanitas, Miſericordia, Gratia, Reuerentia, Concordia, & Amicitia.

58 Iuſtitia conſiſtit in hoc quod ſeruatur æqualitas inter homines communicantes ad inuicem, quantum ad res exteriores quibus vtuntur: vnde Iuſtitia perficit voluntatem.

59 Fortitudo, eſt magnarum rerum appetitio, & humiliũ contemptio, & cum humilitate laborum perpeſſio.

Partes fortitudinis ſunt quatuor, ſcilicet, Magnificentia, Fidentia, Patientia, & Perſeuerantia.

Species fortitudinis ſunt ſex, videlicet, Magnanimitas, Magnificentia, Fiducia, Securitas, Patientia, & Cõſtãtia.

60 Fortitudo conſiſtit in hoc, quod mens hominis ſit firma ad tollẽda aduerſa, & ne reſiliat ab eo, quod ratio dictauerit faciendum, propter aliquod difficile, quod incumbat: vnde fortitudo perficit iraſcibilem circa difficilia aggredienda, vel ſuſtinenda, maximè circa pericula mortis.

61 Temperantia eſt domatio libidinum, & omnium malorum motuum, Deo hominem in corruptum conſeruãs.

Partes temperantiæ ſunt tres nẽpe, Continentia, Clementia, & Modeſtia.

Species temperantiæ ſunt octo, ſcilicet, Modeſtia, Verecundia, Abſtinentia, Moderantia, Honeſtas, Parcitas, Sobrietas, & Pudicitia.

Temperantia conſiſtit in repreſſione paſſionum brutalium, & præcipuè in moderatione delectationum tactus, & guſtus, id eſt venereorum, & cibariorum: vnde tẽperantia perficit concupiſcentiam ad refrenandas, & regu-

regulandas paſſiones ſpiritus.

62 Idolatria, eſt falſa, & ſuperſtitioſa proteſtatio maieſtatis diuinæ in idolo.

Superſtitio eſt religio ſupra modum ſeruata.

Nota, Regulas ad ſuperſtitiones agnoſcendas. Prima eſt, vt non ſit aliquid pertinens ad inuocationem Dæmonum. Secunda, vt non contineat nomina ignota. Tertia, ne aliquid falſitatis contineat. Quarta, Cauendum, ne cũ verbis ſacris, contineantur vana. Quinta, vt ſpes non ponatur in modo ſcribendi, aut legendi. S. Thom. 2. 2. q. 96.

Apoſtaſia eſt temerarius à ſtatu fidei vel obedientiæ, vel religionis receſſus.

Schiſma eſt illicita diſſenſio eorum inter quos debet eſſe vnitas.

Hæreſis eſt falſum dogma fidei orthodoxæ contrariũ. Tenẽ menti, quod tria concurrunt ad perfectam hæreſim, ſcilicet falſa credulitas, peruerſa voluntas, & pertinacia. Alex. Alen.

63 Eccleſia Militans eſt congregatio omniũ fideliũ viatorum, ſub Chriſto militantium, contra Diabolum, Carnem, & Mundum.

Eccleſia triumphans eſt, illa quæ continet tantum Iuſtos, & beatos, & eſt inuiſibilis, carens macula, ac ruga.

64 Beatitudo, eſt duplex, vna Patriæ, & altera viæ. Patriæ eſt ſtatus omniũ bonorum aggregatione perfectus. Et eſt triplex ſcilicet, obiectiua, formalis, & ſubiectiua. Beatitudo obiectiua, eſt obiectum beatitudinis formalis, & eſt ſummum bonum ſcilicet Deus glorioſus, & dicitur beatitudo increata. Beatitudo formalis eſt, quo formaliter beatus: dicitur eſſe beatus, vel, eſt perfectiſſimus actus, quo anima vnitur obiecto beatifico, ſcilicet, clara viſio, & fruitio, & tentio. Beatitudo ſubiectiua eſt natura beatificabilis, & hæc impropriſſime dicitur beatitudo, ſed propriè dicitur beata, ſicut ſubiectum albedinis non dicitur albedo, ſed album. Gabriel. 1. diſ. 1. q. 6.

65 Beatitudo viæ eſt operatio, ſeu diſpoſitio perfecta, qua quis diſponit in via ad beatitudinis patriæ cõſecutionem, & hæc Beatitudo diſtinguitur in octo Beatitudine, ſcili-

ſcilicet, in Paupertate Spiritus, in Mititate, Luctu, Eſurie Iuſtitiæ, Affectu miſericordiæ, Munditia cordis, Pace, & ſuſtinentia perſecutionum propter Iuſtitiam.

66 Dona Spiritu Sancti, ſunt ſeptem, ſcilicet, Donum timoris, Donum pietatis, Donum ſcientiæ, Donum fortitudinis, Donum conſilij, Donum intellectus, & Donum ſapientiæ. Eſaiæ. c. 11.

67 Fructus Spiritus Sancti ſunt duodecim, ſcilicet, Charitas, Gaudium, Pax, Sapientia, Longanimitas, Bonitas, Benignitas, Manſuetudo, Fides, Modeſtia, Continentia, & Caſtitas. ad Galathaſ. V. C.

68 Nota, quod Dona, Fructus, & Beatitudines, non ſunt alij habitus ab habitibus virtutum, vel ipſarum ſpecierũ, licet non ſit idem numerus hinc inde, nec eadem numerata: ſcriptura enim Sacra eadem realiter ſub alij verbis exprimit, nunc ommittens aliqua, & alibi exprimens om miſſa: vnde aſcendenti ſcalam Cœlorum, primo accipiẽdæ ſunt virtutes, quibus rectus quis efficitur: Secundò, Dona in altiori gradu virtutum, quibus expeditior redditur: Tertiò beatitudines, quibus iam perficitur, vt dicat Chriſtus Beati Pauperes quoniam veſtrum eſt Regnum Cœlorum deinde in cacuminæ ſcalæ apprehendat fructus, qui dulces ſunt gutturi aſcendentis.

69 Exprimuntur autem in ſpeciali tres virtutes Theologicæ: Prima Corinth. 13. Quatuor verò Cardinales Sap. 8. vbi dicit, quod ſapientia docet Sobrietatem, Prudentiam, Iuſtitiam, & Fortitudinem. Et notandum quod virtutes dicuntur Dona, quia à Deo liberaliter conferuntur virtutes enim Theologicæ, ſunt habitus infuſi à Deo, virtutes verò morales licet ex actibus generẽtur, nihilominus tamen ſunt Dona Dei, qui concurrit cum libero arbitrio, vt cauſſa principalis, per liberalem beniuolã cooperationem: & ſic dicit ſapiẽs quod nemo poteſt eſſe cõtinens niſi Deus dederit, Dicuntur etiam fructus propter ſpiritualem refectionem, & dulcedinem ſibi annexam. Dicuntur verò Beatitudines in ſpe, vel merito, quia per ipſas meremur æternam Beatitudinem. Hæc ex Nicolao de Orbellis poſt Scotum in 3. diſt. 34.

70 Timor ſeruilis eſt, quo quis timet peccare principaliter propter pœnam.

Timor initialis eſt, quo timet quis pœnam, & Dei offenſam, vnde habet quaſi duos oculos vnum ad Gehennam, alium ad Deum, & hic eſt principalior.

Timor filialis eſt, quo quis timet offenſam Dei, vel ſeparationem à Deo.

De operibus Miſericordiæ vide ſupra de eleemoſina c. 5.

71 Senſus Corporis ſunt quinque ſcilicet.

Viſus, Odoratus, Guſtus, Tactus, & Auditus.

Potentiæ animæ ſunt tres ſcilicet.

Intellectus Memoria, & Voluntas.

Obedientia eſt obtemperatio voluntati ſuperioris ſecundum regulas legis diuinæ, vel humanæ.

Paupertas eſt illa quæ cōſiſtit in abdicatione proprietatis propter Deum.

Caſtitas eſt, continentia à venereis: & in Religioſis firmatur voto, quemadmodum obedientia, & paupertas, & dicuntur Euangelica conſilia, quia in Euangelio conſuluntur. vnde Lucæ 13. Qui non renuntiauerit omnibus, quæ poſſidet non poteſt meus eſſe diſcipulus. & de obedientia, ſi quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat Crucem ſuam, & ſequatur me Matth. 23. & de Caſtitate Matth. 19. ſunt eunuchi, qui ſe caſtrauerunt prop. reg. cælorum.

Latria eſt Cultus ſoli Deo debitus, qui fit Fide, Spe, & Charitate.

Hyperdulia eſt, ſeruitus, vel cultus excellentibus creaturis debitus.

Dulia eſt, ſeruitus creaturæ debitus.

72 Latria, debetur Deo, Hyperdulia debetur Creaturæ excellenti, ſicut eſt Caro Chriſti, B. Virgo, Crux Chriſti. vnde ſciendum eſt, quod verò ligno crucis Chriſti, in quo pependit, & ſi non figuratæ ſigno crucifixi, debetur hyperdulia, quia fuit inſtrumentum noſtræ redemptionis, Crucibus autem factis inquantum ſunt ligna, ſiue res tales, nihil debetur, ſed crucicibus factis in ſignum Chriſti Crucifixi debetur latria. Alijs autem hominibus Sanctis

debetur

debetur Dulia, ex compendio Theologiæ; poſt Sanctum Thomam in 3. par. q. 25.

73 Sacrificium eſt oblatio ſoli Deo facta, circa quam Sacerdos aliquam ſanctam cærimoniam ex inſtitutione diuina poſitam exercet. Angleſ. reliqua de Sacrificio. vide ſupra. c. 15. par. 5. de Miſſa.

74 Vtrum homo teneatur ſemper ſub peccato benefacere? Reſp. ſemper tenetur vitare peccatum: ſed ſemper facere bonum, dico quod non, de neceſſitate; quia licet homo ex creatione teneatur Deo in omnibus, quæ poteſt, Deus tamen non tantum exigit ab homine, ſed dimittit eum libertati ſuæ, ſolummodo exigit, vt ſeruet præcepta Decalogi, & Eccleſiæ. Scotus 4. diſt. 26. quæſ. 1. de Matrimonio.

De Statutis Ciuitatis Mediolani. Cap. XIX.

STatuta, & leges humanæ ſunt à perito confeſſario diligenter, & accuratè conſideranda: vnde dicit Magiſter Richar. de media villa in 4. ſen. diſt. 15. art. 5. q. 8. quod leges imperiales non contrarias iuri Diuino, nec abrogatas per ius Canonicum, nec per aliquam contrariam cõſuetudinem rationalem, iura canonica obſeruanda decernunt, diſt. 10. Canon. de Capitulis, & cæteris: ad hoc vide ſupra cap. 17. num. 32. & Sanctus Antoninus, in 3. p. titul. 10. cap. 3. §. 4. dicit, quod in diuerſis locis ſunt ſtatuta, vel conſuetudines præſcriptæ, quæ ſi non ſunt contra rationem, præiudicant iuri communi, & illis eſt ſtãdum, & eis inueſtigandum: vnde propter id ego Frater Angelus Hellenſis compilator præſentis opuſculi, in præſentiarum opere pretium duxi ponere ſtatuta vrbis Mediolani, non omnia, ſed tantum ea, quæ viſa ſunt mihi facere ad forum pœnitentiæ, & quæ in dies communiter perueniunt ad manus, vt confeſſarij optimi in illa diœceſi moram trahentes, diſcant quomodo ſe debeãt habere in ijs

erga

erga ſuos pœnitentes, ſequuntur ergo præfata ſtatuta, quorum tenor talis eſt.

1 Emancipato habitanti cum ſuo aſcendente in quibuſcunq; bonis habitis ab aſcendente, præferuntur omnes creditores, præſentes, & futuri, cum hypotheca, & ſine hypotheca; licet ementes ab ipſo emancipato habeant actionem de euictione.

2 Idem ſi emancipatus habitat ſeorſum, & eſt minor 20. Annis. Si eſt maior, & habitat ſeorſum, præferuntur ei creditores, qui fuerunt ante aſſignationem factam ipſi ab aſcendente, ſiue creditores habeant hypothecam, ſiue non.

3 Item præſumuntur ſemper emancipati ſtare cum aſcendente niſi probetur contrarium.

4 Dos poſt biennium à tempore ductionis, vel confeſſio de ipſa, etiam cum inſtrumento, non præiudicat creditoribus habentibus hypothecam, vel non.

5 Acquiſita per Vxorē, Matrem, vel Auiam, intelligũtur acquiſita nepotibus, filijs, vel marito, niſi de dote, bonis paraphrenalibus, & conſtet aliũde ex donatione acquiſita, & creditores præferuntur in omnibus, ſalua prioritate inter eos.

6 Idem intelligatur in matre habitante cum filio, vel nepotibus, mortuo excepto, quod prius intelligantur acquirere maſculis quàm fœminis.

7 Item quod intelligatur omnibus acquirere, licet habitet tantum cum vno.

8 Inuentarij beneficiũ non habet locũ, ſed maioribus 20 annis datur terminus unius mẽſis, minoribus triũ menſiũ.

9 In ſucceſſionibus aſcẽdentiũ vtriuſq; ſex⁹, maſculini ex linea maſculina, licet vlteriores in gradu, præferuntur fœminis, & maſculis ab ipſis fœminis deſcendentibus.

10 Tales fœminæ excluſæ, mortuis maſculis excludentibus ſine filijs maſculis, ſuccedunt ipſis maſculis excludentibus, ſimiliter cum filiabus ſuis in capita conferendo dotem, & relicta per aſcendentem.

11 Si tractatur de ſucceſſione ex linea materna, præferũtur maſculi ex eodem matrimonio.

12 Si tractatur de ſucceſſione ex linea paterna, præferun tur maſculi etiam ex alio matrimonio.

13 Maſculi autem tenentur ſufficienter, & decenter dotare filias excluſas, ſecundum qualitatem perſonarum, & quantitatem patrimonij infra 18. annum completum: & ſi fuerint viduæ, alimentare, & iterum dotare, &c. quod ſi non fuerint, admittantur ad tertiam partem eorum, quæ habuiſſent ab inteſtato.

14 Idem in ſucceſſione ex teſtamento, quod tales fœminæ nihil vltra petere poſſunt, niſi, quod ſibi relictum fuerit in teſtamento.

15 Intelligitur mulier ſufficienter dotata, quando fuit dotata à ſuo aſcendente in vita, & in morte, etiam reſpectu bonorum paternorum, vel aſcendentium, ex linea materna, niſi fuerit dotata de bonis ipſius fœminæ, vel alterius extranei contemplatione ipſius fœminæ.

16 Illa perſona, quæ de iure communi pro mortua ciuiliter reputatur, in ſucceſſione non admittatur pro ſe, vel alijs, ſed reputetur ac ſi verè eſſet mortua, antequam reputari poſſit pro mortua: & hoc declaratur per ſcribẽtes procedere in eam perſonam, quæ intrauerit aliquam Religionem approbatam; quia ſtatutum hoc excipit eam perſonam, quæ pro delicto habetur pro mortua.

17 Mulier intrans Religionem præſumitur ſemper idoneè dotata, & alimentata.

18 Frater coniunctus ex latere Patris ſuccedit cum cõiunctis ex vtroque latere, niſi prout agitur de bonis deſcendentibus à Matre. Idem in filijs fratrum, & Aſcendente ſuccedente, cum fratribus defuncti.

19 Nepos, ſcilicet filius fratris, in ſucceſſione patrui, excludit ſororem ipſius patrui, ſed tenetur ipſam dotare, & alimentare idoneè, vtſupra; & ſtatur arbitrio iudicantis, qualiter idoneè dicatur dotata, & alimentata.

20 In ſucceſſione collateralis Agnatus, vſque ad ſeptimũ gradum præferatur cognatis, etiam aſcendentibus ex linea paterna, vel materna; excepto, quod mulier aſcẽdẽs habeat vſumfructum illius portionis, quam habitura eſſet ab inteſtato, niſi tranſiret ad ſecunda vota. Tamẽ hoc

ſtatu-

ſtatutum non comprehendit ſororem ſtante ſtatuto ſequenti.

21 In ſucceſſione fratris, vel ſororis, Agnatus, qui eſt in quarto gradu, vel infra, admittitur ad medietatem hæreditatis; ſoror verò, ſi eſt vna, admittitur ad aliam medietatem; ſed ſi ſunt plures habent duas partes, & Agnatus tertiam. Vbi cum ſorore adſint filij alterius ſororis ſuccedunt & ipſi cum amita, qui ſubintrant locum matris. Vbi verò cum ſorore, & Agnato adeſt mater defuncti, Mater donec vixerit habebit vſumfructum illius partis, quæ debetur Agnato reſpectu proprietatis; & ſic viuente matre agnatus priuatur vſufructu; ſed ſi non fuerit ſoror, ſed Amita, vel filia patris, ſi agnatus fuerit proximior ſolus admittitur; ſi fuerit vlterior, vſque ad ſeptimum gradũ, habebit duas partes, & illa mulier Amita, vel illæ filiæ fratris habebunt tertium.

22 Et in omnibus caſibus mulier excluſa, quæ aliàs admitteretur, debet dotari, & alimentari ſi aliunde nõ habet.

23 Mortuo marito ſine deſcendentibus maſculis ex eodẽ matrimonio, vel alio, mulier debet habere dotem, & omnia ſibi data, & eius cauſſa parata: ſi verò moriatur maritus cum deſcendente maſculo, vel fœmina eiuſdem matrimonij, vxor habeat dotem, & omnia eius cauſſa parata; exceptis eius veſte nuptiali, Perlis, Annulo, & texuto ſponſalitijs; ſiue fuerit ducta ad maritum, ſiue non; nec aliquo caſu lucratur lectum, nec paramenta ipſius. Vbi autem ſolum ſuperſint deſcendentes, ex alio matrimonio, ex præmiſſis exceptis, lucretur vſque ad ſummam duarum partium ex tribus, ad quam aſcendit eius dos, ſemperque lucratur veſtem funebrem, niſi tranſierit ad alia vota; quo caſu eam relinquere tenetur hæredibus primi mariti.

24 Maritus poſſit relinquere vxori in eius vltima voluntate, vſque ad quartam partem bonorum incluſiuè, & nõ vltra; computata extimatione vſusfructus alimentorũ, & cæterorum relictorum, ex funeris impenſa.

25 Maritus non exiſtentibus liberis, lucratur dotem datã, & omnia, quæ habuit mulier de domo viri, ſi fuerit tra-

ducta, vel cognita: ſed tamen per hoc non præiudicatur filijs alterius matrimonij.

26 Item maritus ſuccedit vxori morienti ſine fratribus, ſororibus, patruis, & nepotibus natis ex fratre.

27 Item mulier non poſſit teſtari de dote, nec de dotalicijs, quæ lucratur maritus, ſine conſenſu mariti, exprimendo ea, de quibus vult diſponere.

28 Mulier maritata, poſt decem annos præſumitur ſemper fuiſſe dotata, nec amplius habet regreſſum ad petendum dotem.

29 Aſcendens non poſſit deſcendentes maſculos ex linea maſculina meliorare per viam alicuius diſpoſitionis, ſiue inter viuos, ſiue in vltima voluntate, directè, nec per indirectum; quin in ſtirpes æquales ſint; & ſiue in poteſtate conſtituti ſint, ſiue non. Idem habeat locum in fœmina, ſeu fœminis deſcendente, ſeu deſcendentibus ex filio maſculo, ſeu maſculis, præmortuo, ſeu præmortuis ante dictum aſcendentem.

30 Statutum autem Mediolani, titulo de ſucceſſoribus c. 302. & 303. prohibet mulierem aſcendentem, aut Auum maternum, aliumue aſcendentem ex linea materna, ſuccedere deſcendenti ab inteſtato decedenti, exiſtentibus agnatis maſculis vſque ad ſeptimum gradum incluſiuè: ſed ſolum vult eos habere vſum fructum illius partis, quã habituri eſſent de iure communi: ſed ideò non intelligitur quod ſint hæredes.

Hæc dicta de ſtatutis Ciuitatis Mediolani ſufficiant cauſſa breuitatis Si vis plura videre, & legere, reſpicias prefata ſtatuta in ſuo fonte; & commentaria D. Horatij Carpani Iuris Conſulti Clariſſimi ſuper præfatis ſtatutis. &c.

Vocabula aliqua poſita in præfatis ſtatutis vide illa ſupra de Matrimon. vltimo. §.

31 Vſus eſt ius vtendi rebus alienis ſalua rerum ſubſtantia.

Vſus Fructus eſt Ius alienis rebus vtendi, fruendi, ſalua rerum ſubſtantia vſus eſt tantum pro ſe, vt ſi concedo tibi vſum Equi mei non propter hoc poteris dare Alteri,

Vſus-

ſusfructus autem alteri communicari poteſt. Item uarius habet tantum vſum rei, non autem fructus; vt ui vſum pecoris habet, non propter hoc lanam, & lac abebit, ſecus de vſufructuario.

Legitima ſecundum leges eſt debitum bonorum ſubſi- ſum, ſiue portio debita iure naturæ, & hodie eſt tertia ars hæreditatis ſi ſint quatuor filij, vel pauciores: ſi ſint uinque, vel plures eſt medietas inter eos æquè diuidēda.

Notula de Teſtamento, & Hæreditate.

Teſtamentum, ſecundum Panormitanum, eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia de eo, quod quis vult poſt mortem fieri, cum hæredis inſtitutione.

Teſtamentum eſt duplex: quoddam nuncupatiuum, & ine ſcriptis, & eſt illud in quo teſtatoris, & hæredis, & legatariorum nomina, & omnia, quæ in eo continentur coram Teſtibus nūcupantur, ideſt manifeſtantur: & dicitur ſine ſcriptis, ideſt ſubſcriptione teſtium, & alijs ſolemnitatibus, quæ requiruntur in teſtamento in ſcriptis facto, & hoc teſtamentum quotidie practicatur. Aliud dicitur in ſcriptis, quod quis facit, cum non vult, vt pro tunc aliquis ſciat ſuam voluntatem, & requiruntur ſecundum leges tot conditiones, quod hodie ab omnibus dimittitur. Aſtenſis in ſum. lib. 3. tit. 28.

Teſtamenti ſunt ſeptem partes. Prima proœmium. Secunda, legata. Tertia, Inſtitutiones hæredum. Quarta, ſubſtitutiones. Quinta, voluntariæ prouidentiæ teſtatoris. Sexta, clauſula generalis, & finalis. Septima teſtes.

Tenor proœmij, debet eſſe talis, vel ſimilis: Quia nihil eſt certius morte, & nihil incertius hora mortis. Ideo Dominus N. talis ſaluti animæ ſuæ prouidere volens ac in ſtatu ſobrietatis corporis, & animæ per Dei gratiam cōſtitut⁹, rerū, & bonorū ſuorū diſpoſitionē, per præsēs nūcupatiuū teſtamentū ſine ſcriptis cōdidit in hunc modū: Primò quidem &c. ſi verò Teſtator ſit æger dicat ſic:

Ideo Dominus talis, licet æger corpore, tamen ſanus mẽte, &c. vt ſupra.

30 Forma autem clauſulæ finalis erit talis. Et hanc ſuam voluntatem aſſeruit eſſe velle, quam valere voluit iure teſtamenti; quod ſi iure teſtamenti non valeat, ſaltem eã iure codicillorum, vel cuiuſcunq; alterius vltimæ volũtatis valere voluit, & tenere. ex ſumm. Aſtenſ.

31 Quicunque non prohibetur poteſt facere teſtamentũ: & ſecundum Angelicam prohibentur decem nouem genera perſonarum, inter quas eſt, quando quis non eſt pubes, ideſt quando non habet quatuordecim annos.

32 Septem legitimi, & rogati teſtes requiruntur in teſtamento nuncupatiuo, & ſecundum aliquos Notarius, & Pronotarius computabuntur in eis: & ſecundum Iuliũ Clarum in ſua practica, Monachi; & Fratres Mendicantes poſſunt adhiberi teſtes in teſtamenti: quod nota; quia poſſunt omnes teſtes adhiberi, qui non prohibentur; at iſti non prohibentur, ergo. & hoc maximè procedit, quãdo fit de licentia ſuorum Superiorum vide eum libr. 3. §. Teſtamentum. q. 55. num. 7.

33 Teſtamentum factum coram duobus teſtibus ad pias cauſſas valet in vtroque foro, etiam ſi teſtes eſſent fœminæ; dummodo ſint puberes. Angelica. Syluest. verb. Teſtam. q. 5. §. 4. & Eman. Sà verb. eodem. num. 15.

Item, nota ex S. Antonino 3. p. tit. 10. cap. 3. §. 14. quod ſcilicet, cum quis ſanus, vel infirmus, qui eſt ſanæ mentis, vltimò diſponit de bonis ſuis, de quibus poteſt diſponere per ſimplicem ſcripturam, vel per verba ſolum, non violentatus, vel circumuentus, ſed liberè ſine Notario, & teſtibus debitis, ſtandum eſt eius tali diſpoſitioni in foro conſcientiæ, & hæredes quibus hoc conſtat certitudinaliter, tenentur ad obſeruandum illud, etiam ſi prius per ſolemne teſtamentum aliter diſpoſuiſſet. Executores etiã tenentur ad hoc, ſi certi ſunt de vltima voluntate, inquãtum poſſunt. vnde Greg. XIII. q. 2. c. Vltima voluntas. Vltima voluntas defuncti modis omnibus ſeruari debet. vbi dicit Gloſſ. quod intelligitur, cum voluntas eſt rationabilis. nam ſi moriens vellet exhæredare filiũ ſine cauſ-

ſa, hæc voluntas non eſt ſeruanda. In foro tamen cauſarum, vbi proceditur ſecundum allegata, & probata, niſi ſint ſufficientes probationes per teſtes, & huiuſmodi, ſtabitur teſtamento ſolemniter facto; & ſi nullum fecit, iudicabitur vt inteſtatus. Concordat in omnibus dictis ſupra, veritas, & Syluester. ver. Teſtamentum. 1. q. 5. §. 4.

34 Queritur ſi relictum fuerit aliquid in teſtamento pauperibus, & in eodẽ loco reperiantur tres ſpecies pauperum, nempe: Prima in Xenodochio, ſiue Hoſpitali; Secunda in Carceribus; & Tertia fratres Mendicantes propter Deum; quibus iſtorum pauperum præſtari debeat? Cornelius Bonica ſius. de priuil. Paupertatis, q. 8. poſt examinatas opiniones. Archid. in c. 1. de Teſtam. in 6. Bartoli, & Baldi in l. Si quis. C. de Epiſc. & Cler. dicit quod debet præferri præfati Religioſi in omnibus caſibus, præter vnum; videlicet, quando relictum fuit aliquid conſiſtens in cibarijs, & in his, quæ pro corporis nutrimento ſunt neceſſaria, & ſi poſſet legarum diſtribui inter omnes, ſcilicet Religioſos, & alios pauperes, debet fieri; ſin autem pauperes in arctiſſima paupertate conſtituti omnibus alijs præferri deberent. Hucuſq; præfatus Cornelius.

35 Hæreditas eſt ſucceſſio in ius vniuerſum, quod defunctus habuit tempore mortis: Bartholus.

Vtrum Deus inſtituerit quod aliquis ſit hæres? Reſp. quod ſic, vt patet in Can. Non omnis. 32. cauſ. q. 2. & q. 4. & Can. Dicat. verſi, Eijce Ancillam, & filium eius, Non enim erit hæres filius, &c. & Galath. 4. capite.

36 Nota, etiam circa Hæreditatem; de Iure communi eſſe tres gradus, ſiue lineas conſanguineorum, ſcilicet, Aſcẽdentium, ſiue Parentum, Deſcendentium, ſiue liberorum, & collateralium. Teſtator autem quamdiu habet aliquẽ de deſcendentibus, tenetur illum hæredem inſtituere, vel cum cauſſa exhæredare; & ſi illum hæredem inſtituat, nõ tenetur de aliquo aſcendentium in inſtitutione facere mentionem; ipſi enim in infinitum cœteris præferuntur. Deficientibus autem deſcendentibus legitimis, tenetur ſuos aſcendentes legitimos, ſi quos habet, hæredes inſtituere, vel exhæredare: collaterales autem nunquam

tenetur inſtituere,vel exhæredare. Sed deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus legitimis, poteſt quos vult,ſiue collaterales,ſiue alios ſibi non attinentes, inſtituere hæredes, nulla facta de collateralibus mentione. Aſtenſis.

46 Circa ſtatutum ſupra poſitum numero 19. Quæritur, An liceat teſtatoribus pro ſuo arbitratu relinquere bona ſua filijs,& cognatis,& quibuſcumque voluerint? & videtur quod non, obſtante eodem ſtatuto: Sed veritas eſt, quod Pater filios ſtudioſos,& ſibi obedientes,non poteſt exhæredare, licet ex aliqua cauſſa hæreditatem illis minuere:& Pater poteſt inter filios ſtudioſos,quem viderit honeſtiorem,& ſibi obedientiorem, alijs in bonis præferre,& è conuerſo, minus digno aliquid præcæteris dare, modo non priuet alios legitima portione,ne egeant.

47 Vnde Sanctus Antoninus.3.par.titul.10.c.2.§.2. Dicit, Quod ſi teſtator vni ex filijs, vel alijs conſanguineis æqualiter attinentibus,magis relinquat,liber eſt,nec peccat,ſi iuſta cauſsa hoc faciat:nam,& Patriarcha Iacob,legauit Ioſeph filio omnium optimo partem vnam præ cæteris,ſcilicet agrum cum ſpelunca duplici.Gen.47.& lex dicit,quod vnuſquiſq; in re ſua eſt moderator, & Iudex. & alius textus dicit,Nemini facit iniuriam,qui vtitur iure ſuo. Et Emanuel Sà in Aphoriſ. correctis dicit, quod Pater inæqualiter poteſt relinquere bona ſuis filijs; Sed non priuare legitima: quod intelligitur, In conſcientia quando adeſt aliqua cauſſa rationabilis,nec fit ſcãdalũ. Et hæc opinio tenetur ferè ab omnibus, & præcipuè à S. Anton.vtſupra Angel.Teſtam.§.27.& 28.Nauar.in Man. c.17.num.159. Beia in caſib.diſp.Bononiæ,caſ.57. à Corrada.2.p.q.486. Ad ſtatutum dico quod intelligitur,quãdo hoc fit ſine cauſſa;quia tunc eſt ſeruandum. Nec obſtat quod ipſe Pater in foro fori non potuerit facere hoc Iure teſtamenti,relinquat ergo alio modo, vel titulo nẽpe donationis,remunerationis, & huiuſmodi,&c.

48 Ex S. Antonino poſt S. Thomam habetur loco citato vtſupra: quod ſi propinqui indigent hæreditate morientis indigentia manifeſta, ipſe moriens tenetur eis dimittere

tere

ere hæreditatem;niſi eſſent mali, & eius bonis indigni. Si autem non indigent manifeſtè,poteſt liberè in alios,& præcipuè pauperes,diſtribuere; Secūdum illud Matthæi. 19.Da pauperibus,& ſequere me,ait Chriſtus.

Nota poſtremo ſecundum Panormitanum,in canone, Cū haberet. de eo,qui duxit in Matrim.vltim. notabili; quod de Iure Canonico filij ſpurij, vel nati ex damnato coitu,debent ali à parentibus; & huic iuri ſtatur hodie, etiam de iure ciuili,quia hoc induxit Eccleſia ex quadam naturali æquitate, ne filij alimentis priuati pereant; vt dicit idem Panormitanus:quod per rationem huius textus Parentes poſſunt legare filijs ſpurijs,ratione alimentorum,& dotare,& relinquere dotes filiabus, cum dos loco alimentorum ſuccedat.Immò pater cogitur dotare filiam baſtardam.digeſtis de l.tertia. l.Vxorem. §. Pater naturalis. deducto ſemper ne ipſe egeat commodè ſecundum ſuam dignitatem.ex l.finali.c. de Dot.promiſ.

Quomodo ſe debet habere Confeſſarius ad Pœnitentes. Cap. XX. & Vltimum.

1 AD ſciendum plenius quomodo Confeſſarius debet ſuum officium exercere; Nota,quòd quando accedit ad audiendas confeſſiones debet prius probare ſeipſum, ſaltem in generali;dicendo verè ſuam culpam, de omnibus commiſſis, cum verò propoſito amplius non peccandi mortaliter, & ſatisfaciendi Deo,&c.vt ſic contritus miniſtret Sacramentum.

2 Deinde debet interrogare Pœnitētē, ſi ſciat Pater nr̄, Aue Maria.Credo in Deū,& præcepta Decalogi:& ſi neſciat,moneat eum,vt diſcat,poſtea dicat ei, quod ſimiliter genua flectat ad pedes confeſſarij: Si fœmina eſt,eam moneat,vt ſemꝑ ſe ex tranſuerſo teneat,nec eius faciem reſpiciat: deinde debet dulci, & ſuaui eloquio inducere eum ad compunctionem, & confeſſionem; proponendo

ei

ei beneficia, quæ Deus ſibi contulit, qui ipſum creauit, animam eius ſua imagine inſigniuit, ipſam gubernat, & paſcit, ſuo pretioſo Sanguine redemit, vitam æternam ab initio præparauit, niſi per ipſum remanſerit. Proponat ſibi mundi defectibilitatem, Diaboli tentationem, peccati momentaneam delectationem, per quam conſequitur homo æternam cruciationem, vitæ breuitatem, extremi Iudicij examinationem, pœnarum inferni acerbitatem, Chriſti pietatem, qui non venit propter iuſtos, ſed propter peccatores: ſicut patet in Petro, Paulo, Latrone, ac Maria Magdalena. Hæc, & his ſimilia, ſicut, & quando viderit expedire, proponat vt eum ad confeſſionem, & contritionem alliciat. Quærat etiam ſi adimpleuit ſatisfactionem, ſiuæ pœnitentiam præteritam; & an ſit pœnitens de ſua Iuriſdictione, & an pœnitens ſit ligatus aliqua excommunicatione, cenſura, vel caſu reſeruato; vt poſſit eum mittere ad Superiorem, vel Superiores.

3 Poſtea debet audire pœnitentem, & deinde illum interrogare, ſaltem circa tria. Primum de peccatis, non de fabulis, vel alijs mundanis. Secundum quod non interroget niſi de peccatis conſuetis, & quæ communiter sũt nota explicitè: quærere enim de peccatis inconſuetis, & enormibus, niſi in generali, & à longè, & per quandam circunloquutionem, nocet confitenti; quia ſæpe diſcit quod neſcit. Propterea dicitur Prouerbiorum xj. Qui inueſtigator eſt malorum opprimetur ab eis. Tertium, eſt quod non deſcendat nimis ad particulares circunſtantias peccatorum carnalium; quia, vt dicit Philoſophus 3. Ethic. Delectabilia quantò magis conſiderantur, tantò magis ſunt apta mouere, & nocet talis interrogatio, & confeſſori, & confitenti. Sufficit enim habere vltimã ſpeciem peccati in huiuſmodi; & circunſtantias, quæ cadũt ſub ſpeciali prohibitione, & à longè, & cum verbis honeſtis. Vnde nullo modo deſcẽdat ad alia ſpecialiter; putà mulier confitetur, quod fuit cognita extra vas debitum, non querat poſtea in quo loco, vel quo modo, & huiuſmodi, ſicut faciunt quidam, qui potius ſunt contaminatores

latores,quàm confeſſores,qui ſepiſſimè peccant mortaliter delectando ſe de huiuſmodi interrogationibus, & propter delectationem faciendo eas. Aſtenſ. in ſumma.

Igitur is peractis ſi pœnitens non habet aliquod impedimentum,poſtquam enarrauit ſua peccata,debet Confeſſarius interrogare pœnitentem ſecundum ſuum ſtatū, vt habetur abundè in Angelica ſumma. verbo, Interrogatio,circa Articulos fidei,Decem præcepta Dei, & Eccleſiæ,ſeptem peccata mortalia,circa quinque ſenſus corporis, & opera miſericordiæ, de quibus omnibus habetur etiam ſupra in hoc magno Roſario ſuis locis.

Et vt melius ſcias quos,& de quibus interrogabis.Notā, quod Interrogandi ſunt Principes de Iuſtitia,Milites de Rapina,Mercatores & Officiales de periurio,dolo,& mendacio,Mechanici de furto,& ſimilibus,Burgenſes, & ciues,communiter de vſuris, & pignoribus, ruſtici de inuidia,& furto,& maximè circa Decimas,tributa, primitias,& ceſus,Clerici ſeculares de Simonia,negotiatione, & alijs ad auaritiā pertinentibus,de dilapidatione ſi adminiſtrationem aliquam habent, vtrum interſint diuino officio,& ſi ipſum dicant, vtrum portent coronā,& habitum congruentem,Item de Luxuria, aduocatione, ludo alearum,& ſimilibus in quibus offendere ſolet,Religioſi de duodecim abuſionibus clauſtri,quæ ſunt Prælatus negligens,Diſcipulus inobediens,iuuenis otioſus,ſenex obſtinatus,Monach⁹ curialis,Monachus, ſeu Canonicus regularis,Cauſidicus, habitus pretioſus, cibus exquiſitus, rumor in Clauſtro, lis in Capitulo,diſſolutio in choro, irreuerentia circa Altare. Item de tribus ſubſtantialibus Regulæ,ſcilicet obedientia,caſtitate,& paupertate, item de Simonia, & alijs quæ à talibus ſæpius ſolent committi. & non omnes de omnibus, ſed de illis præfati ſunt interrogandi, quæ communiter contingunt in præfato ſtatu: vnde deriſio eſſet quærere à fœmina de Militia, ſed ſi fuit litigioſa in Domo, ſi habuit dotem de vſuris,ſi fuit inobediens viro,ſi procurauit ſterilitatem, vel vſa eſt ſuperſtitioſis, ſi dedit bona viri contra eius voluntatem, ſi habuit bonam curam de filiabus,& ſi docuit

cuit eas vanitates non ducendo eas ad miſſas, & prædica tiones, ſed ad choreas, ſi vſa eſt ornatu indebito, ſi violauit fidem viro, &c. Poſtea exhortetur pœnitẽs ad amorẽ Dei, & proximi: deinde imponat ei ſalutarem pœnitentiam, vt ſupra cap. de ſatisfactione: & poſtremo niſi adſit impedimentum, pœnitens eſt abſoluendus verbis infra dicendis num. 7.

6 Nota, quod Confeſſarius tenetur facere interrogationes de neceſſarijs, quando ſine illis non poteſt diſcernere neceſſariò diſcernenda, aut quando putat, vel rationabiliter dubitat aliquid ommitti neceſſario confitendum ſi non interrogat; alioquin, vt Iudex abutitur officio, & ſic mortaliter peccat. Quando autem Confeſſarius credit non eſſe neceſſarium interrogare, non peccat non interrogando pœnitentem: immò dicit Sotus, quod officium per ſe confeſſarij non eſt interrogare, ſed audire pœnitentem.

Confeſſarius debet habere alias multas qualitates, de quibus. vide ſupra cap. 4. de Confeſſione.

Abſolutio autem quomodo ſit fienda. vide etiam de Abſolutione cap. 7.

Et quomodo confeſſarius ſe debeat habere, erga pœnitentem in impoſitione pœnitentiæ. vide ſupra de ſatisfactione per totum, & de Clauibus, & alia multa capita huius magni Roſarij.

7 Quæritur ſi quis propter magnam cõſuetudinem, quã habet peccandi credit ſe iterum peccaturum, ipſe tamen omnino vult cauere, & proponit non peccare, ſit Abſoluendus? Reſpondetur ſecundum Magiſtrum Victoriam De confeſſione num. 197. Omnino quod ſic, quia ſi tunc non eſſet abſoluendus, nec etiam quando dubitaret, Itẽ iſte poteſt facere quod in ſe eſt, & tamen quod non poſſit tollere hanc formidinem a ſe, conſuetudo enim relabendi non impedit, cum habeat bonum propoſitum, & nihilominus propter experientiam non poterit credere ſe deinceps non peccaturum. Adde etiam, quod propoſitũ firmum eſt actus voluntatis, & credere ſe peccaturum, eſt actus intellectus.

Notu

Notula de formis Abſolutionum.

In monitionibus Confeſſariorum Sancti Caroli, olim ·chiepiſcopi Mediolani, habetur ſequens formula Abſolutionis obſeruanda, à confeſſarijs, præfatæ Diœceſis foro pœnitentiæ, nempe.

MISEREATVR tui omnipotens Deus, & dimiſſis nnibus peccatis &c.

Indulgentiam, Abſolutionem, & remiſſionem omniũ :ccatorum tuorum &c.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego au- orita te ipſius abſoluo te ab omni vinculo excommuni tionis, ſuſpenſionis, & interdicti, ſi quod incuriſti quã m poſſum & indiges. Deinde, ego te abſoluo à pecca- tuis in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen. Paſſio D. N. Ieſu Chriſti, merita B. Mariæ ſemper Vir- nis, & omnium Sanctorum, & quicquid boni feceris, & ali ſuſtinueris, ſint tibi in remiſſionem peccatorum, aug :ntum gratiæ, & præmium vitæ æternæ. Amen.

catachesi Diæceſis Neapol. ponitur talis forma.

Si teneris aliquo vinculo excommunicationis à quo ò te poſſim abſoluere; ego te abſoluo in nomine pa- s, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen.

Miſereatur tui &c. Indulgentiam &c. vt ſupra.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego au- oritate, qua fungor abſoluo te ab omnib⁹ peccatis tuis nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen. Paſſio omini Noſtri Ieſu Chriſti, &c. vt ſupra.

In Reconciliatione, & in caſu mortis repentinæ, vel às imminentis: ſi teneris aliquo vinculo excommunica onis: à quo poſſim te abſoluere, ego te abſoluo, In nomi patris, & filij, & ſpiritus ſancti. Amen. Item ego abſol- te ab omnib⁹ peccatis tuis: in nomine patris, & fil. &c l die, vt ſupra ſecundum Sotum c. de Abſolutione n. 4. Vel ſecundũ Emanuel Sà. In Breuioribus confeſſionis, vt illorum, qui ſæpe confitentur, ſatis eſt, dicere ſolũ, o te abſoluo, à peccatis tuis, in nomine patris, &c.

Tem-

Tempore Iubilæi, aut ſimilium gratiarum.

15 Ab omni vinculo excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, Auctoritate mihi comiſſa, & tibi conceſſa, à Sanctiſſimo Domino Noſtro Papa. N. Ego abſoluo te, & reſtituo te Sanctis Sacramentis Eccleſiæ, communioni fidelium, & vnitati. In nomine Patris, &c. Miſereatur tui, &c. Indulgentiam, &c. Dominus noſter. num. 11.

16 Abſolutio in articulo mortis pro habentibus Bullas, aut Confeſſionalia, aut Apoſtolica priuilegia, prout ſunt illi communiter, qui ſunt ſcripti in ſocietate Roſarij, vel cordigerorum, S. P. Franciſci, aut alibi, &c. & item omnes fere Regulares.

17 Poſtea quam pœnitens fuerit abſolutus à Cenſuris, & peccatis ſecundum formulam hic ſuperius poſitam n. 15. Debet Sacerdos in fine hæc verba ſubiungere, Auctoritate Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli tibi conceſſa, & mihi commiſſa, cōcedo tibi omnem illam Indulgentiam peccatorum tuorum, quam poſſum concedere virtute tuarum Bullarum, Confeſſionalium, vel aliorum priuilegiorum, ſi tamen hac vice morieris, aliàs pro alia tibi vice reſeruo, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

18 Et hanc formam tradit etiā Nauarrus in ſuo Manuali. c. 26. num. 30. & dicit eſſe etiam Doctrinam Beati Antonini. 3. part. & ſubdit quod in articulo mortis multi amittunt tales præfatas gratias, quia eorum Confeſſarij eis illas non applicant, & tales gratiæ, inquit, debent etiam applicari ijs, qui amiſerunt loquelam, & non potuerunt confiteri, dummodo oſtenderint ſigna contritionis; poſſunt enim tales percipere Sacram Euchariſtiā, & demum Extremam Vnctionem, etiam ſi fuerint antea grauiſſimi peccatores, vnde ſunt grauiſſimè puniendi Parochi, qui talibus ea Sacramenta denegant.

Forma diſpenſandi ſuper Irregularitate, ſi ſuper hoc facultas habeatur.

19 Auctoritate N. in hac parte tibi conceſſa, & mihi co-

miſſa

miſſa, diſpenſo tecum ſuper irregularitate (vel irregularitatibus, quam (vel quas) contraxiſti propter talé (vel tales) cauſſam (vel cauſſas) & reſtituo te ad actus legitimos, In nomine Patris, & Filij, &c.

Circa abſolutionem ab excommunicatione maiori nota, quod non debet eſſe conditionalis, aliter nõ valeret, & etiam dictum eſt ſupra de abſolutione à peccatis, numer. 9.

Tamen abſoluens tenetur in ipſa obſeruare quinque, Primum, quod faciat illum Iurare, quod parebit mandatis ipſius abſoluentis, tamen hoc intelligitur ſecundum Hug. in criminibus horrendis, & non in leuibus, vt etiam dictum eſt capite 7. nu. 12. Secundum, quod antequam abſoluatur, ſufficientem præſtet emendã læſis, iuxta proprias facultates. Tertium, vt abſoluatur cum Pſalmo, & Oratione Dominica, & alijs conſuetis, ſcilicet abſolutioné conſueta. Quartum, quod præcipiat ei ne vnquam faciat contra illum Canonem, contra quem faciendo incurrit excommunicationem: intellige, niſi in caſibus cõceſſis à Iure, quia nemini beneficium iuris eſt auferendũ, ita, qui percuſſit Clericum iniungendum eſt, ne vnquã Clericum percutiat, niſi de mandato Prælati, vel cauſa defenſionis, & huiuſmodi. Conſuetudo etiam habet, vt verberetur, quæ ſeruanda eſt in maſculis, ſed non in fœminis, nec in multũ iuuenibus, præſertim in nudo. Quintum, quod vtatur verbo abſolutorio, vel relaxatorio, vncommuniter obſeruatur iſte modus, Primò dicat aliquem Pſalmum, vel Orationé Dominicã. Secundò dicat,

Verſ. Saluum fac ſeruum tuum, &c.
Verſ. Domine exaudi orationem meam, &c.
Verſ. Dominus vobiſcum, &c.

Oremus.

Deus cui proprium eſt miſereri ſemper, & parcere, ſuſcipe deprecationem noſtram, & hunc famulum tuum, quem excommunicationis cathena conſtringit miſeratio tuæ pietatis abſoluat, per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

22 Deinde dicat. Ego te Abſoluo a vinculo excommunicationis, quam incurisſti propter tale factum, & reſtituo te Sacramentis Eccleſiæ, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.

Nota vltimo, quod debent hæc ſupradicta ſeruari ab eo, cui committitur abſolutio in forma Eccleſiæ, aliter non ſeruans peccat, licet ſine illis teneat abſolutio, niſi ius diſponeret, vel mandans imponeret, quod ſine huiuſmodi non abſolueret, tunc enim talia ommittendo nihil facit.

Et ſic finitur hic libellus, qui inſcribitur Magnum Roſarium Sacerdotum, & Clericorum, quem recollegi Ego Fr Angelus Hellenſis à Mediolano, & mea propria manu conſcripſi ad laudem, & gloriam altiſſimæ Trinitatis Diuinæ, & Domini noſtri Ieſu Chriſti, atq; Sanctiſſimæ ſuæ Genitricis Virginis Mariæ, nec non ad honorẽ Seraphici Patris noſtri Franciſci, & Sancti Bonauenturæ, & omniũ Beatorum Cœleſtis curiæ, Anno ab Incarnatione Domini Milleſimo ſexcenteſimo decimoquarto, & meæ ætatis quinquageſimoſeptimo, ante Vigiliam Aſcenſionis, in Conuentu Sacro Miſericordiæ Briantiæ apud Miſſaliam. Hoc finaliter verò flagito, vt ſi quid defectuoſum in hoc reperitur, modicitati mei ingenij venia detur: quicquid autem benè poſitum cernitur, non mihi, ſed Deo omniũ bonorum largitori adſcribatur, cui ſit Laus, & gloria per ſæcula. Amen.

Laus Deo Optimo Maximo, & Beatæ Virgini Miſericordiæ. Pax ſit viuis, & requies fidelibus Defunctis. Amen.

LVCIDISSIMA:
ATQVE PROFVNDISSIMA
Expoſitio Sequentiæ, ſeu Proſæ Defunctorum incipit, collecta à Fratre Angelo Hellenſe à Mediolano Ordinis Minorum Reg. Obſeruan.

1 DIES IRAE, DIES ILLA &c. Materia hui' cátilenæ Spiritualis, ſiue rithmi, eſt proponere ante homines vltimam dié cóflagrationis, Iudicij, & Reſurrectionis, cũ ferè omnibus ſuis circunſtatijs: vnde Auctor qui dicitur fuiſſe Frater Thomas de Celano Ordinis Minorũ, vt habetur in libro cóformitatũ. B. P. Franciſci fructu. 11. trac. de Prouincia Pænnenſi, Orat Deum vt in die Iudicij ei ſuccurrat dieés. DIES IRAE, ideſt ILLA DIES, ſupple Iudicij, erit iræ, & furoris qñ Chriſtus apparebit bonis blád', & malis iratus. Vnde Sophon. primo; Dies iræ dies illa, dies tribulationis, & anguſtiæ, dies magna, & amara valde. Sed videtur quod Chriſtus veniet ad Iudicium in nocte, quia dicitur Matth. 25. Media nocte clamor factus eſt, &c. & Lucæ. 12. in Parabola comparatur aduentus Chriſti ad Iudicium, aduentui furis ad domum, ſed fures communiter nocte veniunt, ergo Chriſtus ad Iudiciũ veniet in nocte. Nihilominus veritas eſt quod fiet de Die: & ad primum obiectum dicendum quod ſecundum Gl. ibidé dicitur ille clamor media nocte, quia nullo ſperante, aut ſciente. Ad ſecundum dicendum, quod pro tanto comparatur aduentui furis, aduentus Iudicij, quia ſicut fur veniet hora, qua non putatur, ſic erit aduentus Chriſti; vnde ibidem dicitur, Qua hora non putatis filius hominis veniet. Ergo erit in die. Scotus tamen in 4. diſtinct. 43. de Hora Iudicij, triplicem ponit opinionem,

quâlibet probabilem; Prima, quod in hora, qua ſurrexit Chriſtus, fiet reſurrectio mortuorum, & ſtatim Iudiciũ, vt ſit conformitas in ſua, & noſtra reſurrectione. Secundą, quod fiet in hora qua fuit iudicatus à Pilato, vt qui malè iudicatus eſt, contendat ſe bene iudicare. Tertia, quod in hora in qua mortuus eſt, & ſuam mortem oſtendat cauſſam fuiſſe noſtræ reſurrectionis. & ſic videtur quod fiet in die, & tunc. SOLVET SECVLVM, ideſt reducet mundum, IN FAVILLA, quia antequam Chriſtus veniat ad Iudicium, totus mundus purgabitur per ignẽ, & reducetur in fauillam, ſecundum Dauidis, & Sibyllæ Erythræx teſtimonia. vnde Dauid dixit Pſal. 46. Ignis in conſpectu eius exardeſcet, & in circuitu eius tempeſtas valida. & Pſalm. 96. Ignis ante ipſum præcedet, & inflãmabit in circuitu inimicos eius. & Sibylla Erythræa cæcinit.

Iudicij ſignum, tellus ſudore madeſcet.
E Cœlo Rex adueniet, per ſecla futurus.
Scilicet in carnem præſens, vt iudicet orbem. Et infra.
Exuret terras ignis, pontumque, polumque.
Tradetur, fontes, æterna flamma cremabit.

Hinc igitur auctor dixit, TESTE DAVID CVM SIBYLLA, quæ vt dicitur, floruit temporibus Ezechiæ, & Nummæ Pompilij ſecundi Regis Romanorum. vt habetur in ſpec. hiſtor. Vincentij lib. 2. c. 102. ſequitur.

a QVANTVS TREMOR EST FVTVRVS, videlicet in die Iudicij malis hominibus, vnde Magiſter ſent. O quãtus pauor, quantus horror, quantus dolor erit in reprobis? & Diuus Gregorius: Horum pauorem quis explicet? Cum contigerit miſeris culpas ſuas, & intra ſe cernere, & ante ſe iuſtum Iudicem videre? ſequitur: QVANDO IVDEX, ſcilicet Chriſtus; EST VENTVRVS, ad Iudiciũ: CVNCTA facta, dicta, & cogitata STRICTE, immò ſtrictiſſimè DISCVSSVRVS. ſequitur.

b TVBA MIRVM SPARGENS SONVM. ita quod miraculosè ſonus huius tubæ ab omnibus audietur, tam ab electis, quàm damnatis, & Dæmonibus. vnde Paulus Sãctus ad Cor. 1. c. 13. dicit, Canet enim tuba, & mortui reſurge-

ſurgent incorupti,& nos immutabitur. Et ſecundum Richard.in 4.diſt.43.Vox tubæ erit vox Ieſu Chriſti: quod patet per illud Ioan.5.Mortui audient vocem filij Dei,& qui adierint viuent.De iſta terribili tuba,dicitur Sophō. primo,Dies tubæ,& clangoris.& Diuus Hieronym.ſuper Matth. dicit Quoties diem Iudicij conſidero toto corpore contremiſco: Siue enim comedam, ſiue bibam, ſiue quid aliud faciam, ſemper videtur illa tuba terribilis inſonare auribus meis : Surgite Mortui, & venite ad Iudicium.Sequitur. PER SEPVLCRA REGIONVM, ideſt per totum mundum, nempe ab Ortu, vſq; ad ocaſum, & ab auſtro, vſque ad aquilonem. COGET OMNES,homines damnatos, & Dæmones, velint, nolint, comparere. ANTE THRONVM,Iudicis,ſcilicet Ieſu Chriſti;at Beati non cogentur,ſed ſpontè,& voluntariè ibunt ante præfatum Thronum.ſequitur.

4 MORS STVPEBIT,ET NATVRA,ſcilicet humana,& loquitur hic auctor per figuram, quæ dicitur;Proſopopeia,& eſt quando attribuitur inanimatis, quod eſt animatorum; vnde in morte,quæ eſt priuatio vitæ, & in natura,quæ eſt res inſita rebus ex ſimilibꝰ ſimilia procreās, non cadit propriè admiratio ſed ſolum ſimilitudinariè, & figuratiuè: & hoc voluit dicere auctor in prædictis verbis, ſcilicet Reſurrectio mortuorum erit tam miraculoſa,ſupernaturalis , & inſolita, vt pote qa Philoſophus dixit, quod à priuatione ad habitum non datur regreſſus,nempe per naturam, & ſic ſi mors, & natura eſſent quid viuens, profecto in Reſurrectione videndo tot mirabilia ſtuperent.CVM RESVRGET CREATVRA, humana. IVDICANTI, ſcilicet Chriſto, RESPONSVRA, vnde boni dicent Matth.25. Domine quando te vidimus eſurientem,&c.& ſimiliter mali ita reſpondebunt.

5 LIBER SCRIPTVS PROFERETVR, ideſt manifeſtabitur,& aperietur ante Iudicem à Sanctis Angelis,quantum ad benefacta, & à Dæmonibus quantum ad malefacta;& proferetur ab vno quoque homine, inquantum vnuſquiſque videbit clarè, & nudè conſcientiam ſuam; alienam. Et accipitur hic liber pro conſcientia, vel ani-

ma, in qua omnes videbunt, & legent peccata commiſſa, & omiſſa, nedum facta ſed etiam cogitata: vnde tunc erit magna confuſio damnatis quando vnuſquiſque librum ſuæ damnationis portabit, & apertè omnibus demonſtrabit. Apocalip. 20. Libri aperti ſunt. & Ierem. 2. Arguet, & malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Sicut enim furtum ligatum ad collum furis prodit, & accuſat eum, ita & tunc peccata accuſabunt miſerum peccatoré. ſequitur IN QVO TOTVM CONTINETVR, vt ſupra expoſitum eſt. VNDE MVNDVS IVDICETVR, ideſt boni, & mali homines tamen diuerſimodè iudicabuntur. Vnde ſecundum Diuum Gregor. 16. Moral. Alij iudicabuntur, & peribunt, vt illi qui aliqua bona habuerunt permixta ſuis malis; ſed mala finaliter præponderauerunt, & præualuerunt. Alij non iudicabuntur, & peribunt, vt illi quorum mala fuerunt impermixta bonis, vt illi qui fundamento Fidei caruerunt. Alij iudicabuntur, & ſaluabuntur, vt illi quorum bona fuerunt permixta malis, ſed bona præponderauerunt, & præualuerunt. Alij iudicabuntur non, & ſaluabuntur, vt illi quorum merita ita fuerunt perfecta, quod nullis malis, aut pauciſſimis fuerunt permixta, vt viri, perfecti, & etiam paruuli purgati ab originali peccato, qui deceſſerunt ante vſum liberi arbitrij, & Angeli Sancti. ex Richard. diſt. 47. 4. vel VNDE MVNDVS IVDICETVR, ideſt homo, qui dicitur Mundus, quia ſecundum. D. Gregor. omnis creaturæ nomine ſignatur homo, qui habet communem cum omni mundana creatura, videlicet, eſſe cum lapidibus, vigere cum arboribus, ſentire cum animalibus, intelligere cum Angelis; mundus totus igitur erit Iudicandus. ſequitur.

6 IVDEX ERGO CVM SEDEBIT, ſecundum illud Matth. 25. cum venerit filius hominis in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo, tunc ſedebit ſuper ſedem Maieſtatis ſuæ; ſignans per hoc poteſtatem iudiciariam, quæ data eſt homini Chriſto: vel ſedes iſta erit illa Glorioſa nubes, in qua venturus eſt, & ſeſſurus: ſecundum illud

Da-

Danielis.7.c. Ecce in nubibus Cœli filius hominis venie-bat. ſequitur: QVICQVID LATET APPAREBIT. ideo dixit quia omnia mala erunt manifeſta; vnde totus Mū-dus accuſabit impios ſecundum quod dicitur Deutero-nomij.32. Inuocabo contra vos cœlum, & Terram, ideſt omnes creaturas, quæ ſunt in Cœlo, & in terra, vnde cla-mabit Cœlum ſuo modo, clamabunt Sol, Luna, & Stel-læ, clamabit Aer, clamabit Aqua, clamabit Ignis, clama-bit Terra, clamabunt maximè quorum ſpecialiter vſum habuit, & poſſeſſionem homo. Abacuch. 2. Lapis de Pa-riete clamabit, NIL igitur INVLTVM ideſt ſine punitio-ne REMANEBIT: Sed omnia bona præmiabuntur, & ma-la adamuſſim punientur. Vnde Nicolaus de Nyſe; O quàm arctæ, quàm anguſtæ, tunc erunt viæ reprobis, quando non poterunt negare, non excuſare, non appellare, non fugere, non impetrare veniam, non habere refugium. O quàm flebilis tunc erit damnatorum conditio? non va-lebunt præces, non clamores, non gemitus, non amici, non denique quidquam aliud. ſequitur.

7 QVID SVM MISER TVNC DICTVRVS? Auctor qui vſque modo in generali loquutus eſt, dirigit ſermo-nem ad Iudicem Chriſtum in propria perſona dicens, Quid ſum miſer, &c. Vnde de hominis miſeria dicit. D. Bernardinus, Quid eſt homo niſi ſperma fœtidum in principio ſui; vas ſtercorum in medio; eſca vermium in fine, quo ad corpus: quo ad animam, in peccatis natus, ſine peccatis non viuens, in tenebris inuolutus, ignorans finem ſuum, à ſuperno Iudice de omnibus iudicandus, & puniendus. Ita ergo eſt miſer, vt paruus vermis, vt ſcorpio, & aranea ipſum proſternat, ipſum moleſtet. Quid inflaris (inquit Diuus Auguſtinus) ſanies fœtida? quid tenderis pellis morticina? & Sanctus Iob. cap. 14. ſui libri; Homo natus de muliere, breui viuens tem-pore, repletur multis miſerijs. ſequitur, TVNC DI-CTVRVS, ſcilicet peccator ante Iudicem plenus con-fuſione, atque dolore, & rubore. Vnde dicit Diuus Auguſtinus; Aſtabunt omnes ante tribunal Chriſti,

& preſtò erit Diabolus, & recitabit verba profeſſionis noſtræ, & obijciet nobis in faciem quicquid fecerimus, & in quo peccauimus, in quo loco, & quid facere debuimus, dicturus enim eſt ille aduerſarius noſter; Aequiſſimè Iudex iudica iuſtum eſſe meum ob culpam, qui tuus eſſe noluit per gratiam. ſequitur. QVEM PATRONVM ROGATVRVS? ſcilicet in Iudicio, vnde pro damnatis, daretur per impoſſibile quod B.V. Maria, & omnes Sancti ante iudicem ſupplicarent nihil poſſent impetrare. vnde S. Anſelmus in ſuis meditationibus dicit; Erunt vndique anguſtiæ reprobis, ſuperius erit Iudex iratus, inferius patens horrendum chaos Inferni, à dextris peccata accuſantia, à ſiniſtris infinita Dæmonia ad Infernum trahentia, intus conſcientia vrens, exterius mundus ardens; miſer ergo peccator ſic vndique deprehenſus in quam partem ſe præmet? Latere erit impoſſibile, apparere intollerabile. ſequitur, DVM VIX IVSTVS SIT SECVRVS, ideſt ſi vix iuſtus erit ſecurus de ſua ſalute propter terrorem, & timorem Iudicis, quid erit de damnatis, & reprobis? ſecundum illud 1. Petri. 4. cap. Et ſi Iuſtus vix ſaluabitur, impius, & peccator vbi parebunt? ideſt Quomodo à vultu Dei, & à rigore ſui Iudicij ſe abſcondere poterunt? parebunt vtiq; in Iudicio à ſiniſtris, ſed in malum ipſorum, & mallent non apparere, & ſtatim in lacum, proijcientur tartareum, vbi manebunt in æternum abſconditi: Sequitur.

8 REX TREMENDÆ MAIESTATIS. ideſt ô Rex videlicet regum, & Dominus dominantium, Apoc. 10. & tremendæ, hoc eſt terribilis, & timendæ Maieſtatis, ante quem omne genu curuatur, ſcilicet Cœleſtium, Terreſtriem, & Infernorum. ad Philip. 2. QVI ſcilicet Iudex, ſiue Chriſtus, homines bonos SALVANDOS SALVAS GRATIS, nempe ex gratia, & non ex meritis: quia noſtra opera à nobis facta, etiam de genere bonorum, non ſunt meritoria vitæ æternæ ex libero arbitrio, ſed ex Dei gratia, D. Paulo dicente ad Rom. 8. Non ſunt condignæ Paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ſequitur, SALVA ergo ME inquit auctor

in

in perſona omnium FONS PIETATIS. Deinde dicit.
9 RECORDARE IESV PIE. Hic auctor alloquitur Iudicem Chriſtum, ſicut hominem, in quo cadit obliuio more humano, vt veritus eſt ignorantiam, vel neſcientiam non habere Chriſtū, igitur ò pie Ieſu (inquit auctor) recordare, ideſt aduerte quod ego cum alijs hominibus ſui, & SVM CAVSSA TVAE VIAE, nẽpe veniẽdi de Cœlo in vterum virginis, & inde ad mortem, & demum ad iudicium, vnde D. Augu. ſi homo non periſſet, filius hominis non veniſſet Et iterum. Nulla cauſſa veniendi fuit Chriſto, niſi peccatores ſaluos facere. NE ergo ME PERDAS ILLA DIE, ſcilicet iudicij particularis, quod fit in fine cuiuslibet hominis, ſecundum illud. D. Pauli ad Hebræ. 10. Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori, & poſt hoc iudicium, ſcilicet particulare. At ſi velimus prænducta verba exponere de die generalis iudicij, poſſumus dicere, quod qualis quis ab hoc ſtatu exierit, talis in iudicio præſentabitur. Igitur auctor in ſua perſona, vel aliena nõ dubitat, quod ſi benè ab hoc ſeculo diſceſſerit, & in iudicio particulari ad Beatitudinem adiudicatus fuerit, quod poſtea in generali iudicio timeat perdi, vel damnari: non ſane hoc timet, ſed eſt modus loquẽdi propter timorem, & horrorem prædicti iudicij: ſicut Eccleſia ſcit pro certo animas in Purgatorio non poſſe damnari, tamen ſemper dicit ne cadut in obſcurum, & ne abſorbeat eas Tartarus: ſicut etiam D. Paulus certus erat ſe non ſeparandum à charitate Dei: certus etiam erat coronam Iuſtitiæ, à iuſto Iudice Deo paratam ſibi eſſe: Orabat tamen Deũ vt illã aſſequi mereretur. ſequitur.
10 QVERENS ME SEDISTI LASSVS, hic auctor alludit D. Paulo, qui dicit 1. ad Thimot. 1. venit Chriſtus in hunc mundum peccatores ſaluos facere. Et Parabolæ Saluatoris de homine relinquente nonaginta nouem oues in deſerto, pro vna ſola, quæ perierat; ad denotandum ſingularem amorem Domini noſtri erga naturam humanã, in tantum quod ait. D. Bernard. Si vnica anima (per impoſſibile) eſſet à Chriſto rediméda, paratus ipſe eſſet iterato Crucifigi. Dicit ergo auctor in perſona humanæ

naturæ, QVERENS ME videlicet Chriſtus per ſuam prædicationem, exemplarem vitam, & conuerſationem, Paſſionem, & Mortem; SEDISTI ô Chriſte LASSVS, & feſſus pluries, & maximè prope mulierem Samaritanam ad fontem: vnde Ioannes Euangeliſta dicit cap. 4. Ieſus fatigatus ex itinere ſedebat ſic ſupra fontem. ſequitur. REDEMITSI CRVCEM PASSVS. ideſt nos ſumus redempti per Chriſti Paſſionem, de poteſtate Diaboli, ſecundum illud Apocal. 5. Redemiſti nos domine Deus in Sanguine tuo; ergo. TANTVS LABOR aſſumptus pro noſtra ſalute NON SIT CASSVS, ideſt vanus, & ſine fructu. vnde quámuis Paſſio, & labor Chriſti ſit, & fuerit ſufficiens pro infinitis hominibus redimendis, ſi eſſent; quantum ad ſufficientiam; non tamen quantum ad efficaciam; inquantum nolumus vti Paſſione Chriſti ad noſtram ſalutem, ſicut infirmus non ſanatur, qui non vtitur medela, ſed illam ſpernit atq; contemnit. ſequitur.

11 IVSTE IVDEX VLTIONIS; ideſt ô Chriſte Iudex vltionis, ideſt punitionis inquantum poſt hanc vitam malos punis terribiliter, & accerbè pluſquam in hac vita; vnde B. Auguſtinus dicebat, ô Domine hic vre, hic ſeca, vt in æternum parcas: quia quamuis in omnibus operibus Dei, ſint ſimul Miſericordia, & Iuſtitia; tamen in futuro, nempe in Iudicio, plus manifeſtabitur Iuſtitia, & propterea Chriſtus vocabitur Iudex vltionis: & tamen Iuſtè, quia puniet citra condignum. ſequitur, DONVM FAC REMISSIONIS, ſcilicet in præſenti vita, vbi poteſt mereri, fac ergo ſicut feciſti Dauidi; & Paulo, atq; Matthæo, mihi, inquit auctor, & alijs, ANTE DIEM RATIONIS, reddendæ in extremo Iudicio generali vel particulari, vbi nedum de factis, & dictis, ſed etiam de omnibus verbis, & cogitationibus oportebit reddere rationem: ſequitur.

12 INGEMISCO TANQVAM REVS, peccator quando ad cor redit, ſua peccat magna, & enormia conſiderans nempe quantum ſint offenſiua diuinæ Maieſtatis, tunc ex Dei munere ingemiſcit, plangit, & conteritur: vel ſaltem atteritur, & ſic Auctor in perſona omnium dicit, INGE-

MISCO

MISCO non vt reus, ſed TAMQVAM REVS, ad inſtar mali hominis, quia quamuis omnia fecerimus, tamẽ debemus dicere, quod ſerui inutiles ſumus, & timere culpã vbi culpa non eſt, & dicere cum D. Apoſtolo, 1. cor. 4. Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum. ſequitur. CVLPA RVBET VVLTVS MEVS. vnde ſciendũ eſt quod naturales aiunt timorem cauſſare pallorem, & verecundiam in facie ruborem; quia in timore fit reductio, vel contractio caloris ad interiora; & in verecundia fit diffuſio caloris ad exteriora: & ſic in corporalibus generatur rubor, ſiue verecundia in vultu hominis: ſic fit etiam in vultu animæ, qui eſt conſcientia, & propter id Auctor dicit in perſona omniũ. CVLPA RVBET VVLTVS MEVS, ideſt Anima, & conſcientia mea plena peccatis, quæ faciunt illam rubeam; Iuxta illud Pſal. 50. Libera me de Sanguinibus Deus Deus ſalutis meæ. & Oſeæ. 4. Sanguis ſanguinem tetigit. Et quia peccata non remittuntur de communi lege à Deo ſine gratia gratificante, hinc Auctor ſubiungit. SVPPLICANTI humiliter, & cum debitis circunſtantijs, nempe pro ſe, piè, ad ſalutem, & perſeueranter, PARCE DEVS, largiendo tuã gratiam. vnde per Ezechielem. cap. 18. vel. 33. ſecundum antiquam tranſlationem, Dominus aſſeruit, In quacunque hora ingemuerit peccator, omnium iniquitatũ eius non recordabor. ſequitur.

13 QVI MARIAM ABSOLVISTI, ET LATRONEM EXAVDISTI, inter opera Chriſti omnia maximè eſt admirãda abſolutio *Mariæ Magdalenæ*, & Crucifixi Sancti Latronis: vnde prima fuit peccatrix expoſita omnibus peccatis intantum quod erat plena ſeptem Dæmonijs, vt dicitur Marci. 16. & tamen propter ſuum ſingularẽ amorem, qui non fuit ſine diſplicentia, & contritione, fuerũt ei omnia peccata remiſſa: vnde Chriſtus ei dixit Luc. 7. remittuñ ei peccata multa, ideſt omnia, qm̃ dilexit multũ. Secundus obtinuit maximã indulgentiã in Cruce Latro dũ pœnituit dicẽs Chriſto; Domine memẽto mei; quæ verba habuerunt tantam efficaciã, ſuppoſito Chriſti amore, q̃d Chriſtus protinus illi reſpondit illud verbum omni affectu

fectu plenum, nempe, Hodie mecum eris in Paradiſo. Duæ ergo perſonæ præfatæ propter ſua peccata, & propter pœnitētiā, & veniam omnibus peccatoribus ſemper proponuntur in exemplum, & ſpeculum ab Eccleſia, & ,ppterea dicit auctor. QVI MARIAM, &c. ſequitur, MIHI QVOQVE SPEM DEDISTI, quia quemadmodum illi non ex meritis, ſed ex Dei gratia meruerunt vitam æternam, & iuſtificationem, ita ſpes datur omnibus pœnitentibus recurrendi ad Diuinam, & infinitam Dei Miſericordiam, vt benè ſe habeant in hoc ſeculo, & in futuro, ſequitur.

14 PRAECES MEAE NON SVNT DIGNAE, ecce humilitas auctoris, qua fatur nempe præces, & orationes ſuas non eſſe dignas; cum opera noſtra ſint tamquam pannus menſtruatæ. Eſaiæ. 64. tum quia non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis, tamquam ex nobis. 2. cor. 3. cap. At ſi habent dignitatem aliquam, eſt ex munere Dei, & propterea ſequitur Auctor, SED TV BONVS FAC BENIGNE, ideſt ò Chriſte Iudex qui es bonus per eſsētiam, fac quod præfatæ præces, & orationes benignè recipiantur à tua maieſtate. ſequitur. NE PERHENNI CREMER IGNE; ideſt ne poſt hanc vitam perhenni, & perpetuo igne ardeam in Inferno. ſequitur.

15 INTER OVES LOCVM PRAESTA, & non inter hædos ſignatos per malos, & damnatos, ſed inter oues ſignatas per bonos, & beatos: ſecundum quod legitur parabolicè Matth. 25. videlicet, Et ſeparabit, ſupple Chriſtus in Iudicio, homines ſicut Paſtor ſegregat oues ab hædis, & ſtatuet oues quidem à dextris ſuis: hædos autem à ſiniſtris, iuſti ergo hic ſignantur (vt dixi) per oues, tum pp manſuetudinem, tum etiam propter innocentiam, & vtilitatem. Homo enim iuſtus inſtar ouis eſt manſuetus in tollerando, vtilis in fructificando, verbo, & opere, & propterea Auctor deſiderat ſe reponi inter oues, & non inter hædos. Sequitur, STATVENS IN PARTE DEXTRA, videlicet Iudicis Chriſti. vnde vt recitat Magiſter Franciſcus de Mayronis in ſuo 4. In Iudicio ſic ſtabunt homines circa Chriſtum donec compleat Iudicium, infideles

deles iam iudicati deorſum;qui Iudicabuntur, & regnabunt à dextris;qui condemnabuntur à ſiniſtris;paruuli, qui ſolo merito Chriſti ſunt ſaluati,ante Iudicem;Paruuli,qui ſolo originali peccato perierunt,retro. Boni ergo, erunt à dextris, & mali à ſiniſtris, & propterea Auctor optat vt in Iudicio habeat partem dexteram,in qua poſſit audire illam mellifluam ſententiam,nempe,venite Benedicti Patris mei percipite paratum vobis regnum à conſtitutione mundi. Sequitur.

16 CONFVTATIS MALEDICTIS, Hic Auctor ex nimio zelo inuehitur contra damnatos, qui abuſi ſunt Clementia,& Miſericordia Chriſti iudicis, & dicit CONFVTATIS,ideſt redargutis, & ſententiatis MALEDICTIS Dæmonibus,& hominibus damnatis FLAMMIS ACRIBVS, Crudelib⁹,&duris AD DICTIS,ideſt adiudicatis atq;deſtinatis; VOCA ME,ò Chriſte,bone Iudex,CVM BENEDICTIS,ſcilicet Beatis. Vnde ex his infertur quod antequam Chriſtus cum Angelis,& Beatis aſcendat Cœlum, damnati omnes retrudentur in Infernum puniendi ſine fine,ſecundum illud Matth.25.Ibunt hi,ſupple, damnati in ſupplicium æternum:Iuſti autem in vitam æternam. ſequitur.

17 ORO SVPPLEX,ET ACLINIS,ideſt humiliter, abiectè,& demiſsè oro: & acclinis ſcilicet vſque ad Terram inclinatus ex maxima Deuotione ad Chriſtum Iudicem habens,COR non in magnas partes attritum, ſed redactum in puluerem CONTRITVM quaſi: igitur GERE, ideſt ò Sancte Iudex habe CVRAM MEI FINIS, in Morte,& Iudicio particulari,& generali.ſequitur.

18 LACHRIMOSA DIES ILLa, ſcilicet Iudicij, in qua peccatores plangere.& reclamare habebunt vndique, ſi conſideremus ea, quæ facienda erunt ibi:vnde Primò ibi erit planctus ex mundi conflagratione:Secundò conſurget planctus, ex Angelorum tubali voce, qua Chriſtus Iudex faciet omnes ad Iudicium citare: Tertiò conſurget planctus ex corporali reſurrectione, quia mox omnes homines à principio mundi, vſq; in finem quotquot fuerunt reſurgent in eiſdem corporibus, quibus vixerunt:

runt.Quartò conſurget ex Dæmonum conſociatione,ac electorum ſeparatione: Quintò conſurget planctus ex enormium exceſſuum erubeſcentia, & euidenti confuſione:Sextò,ex formidabili Chriſti facie,& eius fulgore: Septimò,ex grauiſſima,& generali omnium contra peccatores inclamatione: Octauò, ex honorificat electorũ benedictione:Nonò,ex iniquorum maledictione: Decimò,ex irreuocabili ſententiæ prolatione: Vndecimò, ex loci horribilis gehennæ incluſione:Duodecimò, & vltimò conſurget planctus ex malorum omnium indicibili cruciatione ſine fine. Vnde S. Iob.ca. 20. Arctabitur,æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum. & Apoc. 16. Commanducauerunt linguas ſuas prædolore,& blaſphemauerunt Deum Cœli prædoloribus, & vulneribus ſuis: concluditur ergo quod lachrimoſa erit dies illa, QVA RESVRGET, ſcilicet homo EX FAVILLA,& cinere relicto ex igne conflagrationis;vnde omnes per illum ignẽ tàm boni, quàm mali reſoluentur in cinerem, & fauillã, & ſtatim erit reſurrectio. Quæ omnia incutiunt timorẽ, & propterea Auctor ſupplicat Deo dicens.

19 IVDICANDVS HOMO REVS, ideſt ſi vnquam iudicium eſt faciendum ſuper peccatorem miſerum, & reum hominem,ſuper me faciendum eſt Auctorẽ huius rithmi & ſequentiæ.PARCE ergo DEVS HVIC ſcilicet mihi humiliter ſupplicanti, quia humilitas, & præces ex ſe non valent, niſi acceptentur à Deo: & ideo finaliter Auctor dicit.

20 O PIE IESV, immò (vt dixi ſuperius) fons pietatis, & DOMINE DONA EIS,ſcilicet bonis Defunctis Iudicandis, & omnibus alijs viuentibus poſt hanc vitam REQVIEM, vt poſſint videre Deum, & eo frui ſine fine. AMEN. Ex præfata expoſitione oritur dubitatio,Quare Eccleſia in Miſſis Defunctorũ legit,& ſæpe replicat hanc ſequentiam, cum appareat nil prodeſſe Defunctis? Reſpondetur breuiter Eccleſiam legere dictam ſequentiam rationabiliter,nedum pro mortuis, ſed etiam pro uiuentibus.In ipſa enim (vt dixi ſupra) memoratur dies vltimas Iudicij generalis, & particularis, quod multum valet